

MILENÁRIO DE AVEIRO

1959



COLECTÂNEA DE DOCUMENTOS HISTÓRICOS

I

959 — 1516

AVEIRO
EDIÇÃO DA CÂMARA MUNICIPAL

I

959, Janeiro, 26.

Doação feita pela condessa Mumadona Dias, viúva de Hermenegildo Gonçalves, ao mosteiro de Guimarães, por ela então fundado.

Entre as propriedades doadas contavam-se terras em Aveiro e salinas que a doadora ali tinha comprado.

ARQUIVO DA UNIVERSIDADE DE COIMBRA, doc. n.º 1 da coleção da Colegiada de Guimarães. Apógrafo do séc. XII.

Cvntorum etenim telluris huius nostre colonie non ambigit sed plerisque nobilium ac úúlgalium didicit et notuit esse.

Ego Muma donna didaci. et Onece filia et ut mos esse solet ad annos iuuentutis deduta uiro nomine. Ermegildo prolix Gundisalui. et Tarasia matrimonio sum coniuncta identidenque dum essemus conexi ut se habeat nobilitas per titulum dotis genui liberos ex coniuntione amborum nominibus. Gundisaluus. Didacus. Ranimirus. Nunus. Arriane. et Oneca. Jgitur ipse uir meus dum peracto uite cursu termino peruenit ad diem ultimum ante horam fere migrationis sue recuperato sensu refucillato spiritu conuocauit. ad se dilectissimos et credulos sibi. Pelagium fratrem suum. Ranualdum abbate. Tello tendariz et Arias tutenandiz illis quippe presentibus et multi alij asistantibus patefecit nobis deuotionem uolutatis (*sic*) sue ordinauit mihi coram omnibus presentibus ut omnem quantam pars hereditatis nostre licentiam distribuendi haberem in pauperibus et peregrinis. uiduis et orphanis uel sanctorum ecclesijs. At uir ego audito deuotionis bone adsumum prebui et eius iussio instanter implere procurauit ob suis obolendo delictis et meis delictis cedendo peccatis. Eatenus quidem per consensu sinbolum nostrarum fecimus inter nos diuisionis parcium predia fundum et facultatum. Jtem dum inter se alternatim ipsi filij mei uicissim cumellos diuisionis confirmandos. roborassent. Euenit in portione filie méé Onece. Villa nuncupata Vimaranes. Et quia isdem temporibus uitam degebat religionis malui edificare in ipso iam dicto prediolo cenobio sub manu abbatis ffratrum uel sororum regularj normam tenentes et sub preceptu sanctorum patrum persistentes. Jdemque

dum commune cum ceteris sibi tirunculas cum maneret peccato impediēte oblita primeue conuersationis sanctissima documenta uersa est in secularia detrimenta. Sicuti ipsa ueritas ait multi sunt uocati pauci uero electi. Relicto- que monasterio et suauī Christi iugo introybit iuri imperio et carnali desi- derio. Quippe dum hunc casus contingeret ut a mmonasterio redire minime redire ualuisset legatos inter me et ipsa diuersa facit ac per multos pene ho- mines bonos ei notui ut commutaret mihi ipsa uillula iam adicimus. Nec relinquendum est qualiter fuit factum et multi manet propalatum. Ganatus quidem dulcissimus mihi pignus. Nunnus dum adolescentie ad annos effe- ctus esset adultus febre grauissima correptus ad diem usque eextremo est deductus. Post modum tamen spiritum trahens a multis patefecit per quos misericordia mihi innouauit ut pars hereditatis sue pro illius anime reme- dium fecissem secundum uoluntati mée extitisset arbitrium. Nec non et auto- ritas legum censuerunt ut de predia filij defunti qui superstites soboles non relinquerem parentibus eorum possidenda laxarent. vt ibi eius corpusculum umatum quiescit in uestra hinc datur intelligi ad deseruiendum terrena illius subici causa. hinc etenim exemptis ad seriem redeamus testamenti.

Dominis inuictissimis ac triumphatoribus gloriosis. Sancti Saluatoris. Sancteque genitricis Marie semper uirginis prius in ecclesia positos sanctos apostolos. Petrus. et Andreas. Iacobus. et Johannes. Philippus. et Bartholo- meus. Thomas. et Matheus. Iacobus. et Taddeus. Simon. et Judas. cananeus cum glorioso ultimo Paulo. domare egregie celesti sublimatur. Pontificum etenim Christi electi. Cipriani. Martini. Christofori cum comitibus. Torcati. Saturnini. Augustini adque his felici martirio consecratos. Non nulli confes- sione floribus ornatos. Sanctis dei martiribus Aciscli. Romani. Valeriani. Fa- cundi. et primitiuj. Iusti. et pastoris. Adrianj. Iuliani. Sebastiani. Georgij. Felicis. Tirsi. cum socios sacro cruore profusos. Beatissimarum dei uirginum. Eulalie. Leocadie. Christine. Victorie. Basillisse. Nathalie. Juste. et rufine. Agnetis et emerentiane cum ceteris uirginibus. talamo Christi societas et eius genitrici adnexas quorum basilica sita est. in iam dicta uilla vimaranes territorio urbs Brachare aut procul ab alpe latito inter his alueis uehentibus Aue. et Auizella. Ego ancilla dei exigua omnium seruorum. Muma doma conuersa cum peccatorum mole depresa in spe fiduciaque sanctorum non us- quequaque desperatione deicio quod sepe reata criminibus iniquitatum mea- rum sepe pauesco ut per sanctis martiribus Christi reconciliari merear cum sanctorum omnium agmina fida supplicatione uocis omnibus imploro. et ideo deuotioni mee extitit ut ob honorem saluatoris et uestram placandam clemenciam edificarem in iam prefata. Fundo cenobio ffratrum et sororum in uita sancta perseuerantes. caste. pie. et sobrie uiuentes sub manu Abbatis degentes nec non et regulas precedencium recte custodientes tanquam nobis- cum consistunt quam et quos amor Christi nobis ad glomerauerit quod pom- pa seculi ac renunciauerit et ad hanc se humillime suabi Christi iugo debere postulauerint. Concedo hunc aule beatitudinis uestre iam dicta uilla Vima-

ranes que commutauit cum filia mea Oneca ut supra fecimus eius mentionem per quam scripta cartula contramutationis et uilla in eius adicio. Creximiri que contra mutauerat cum rege domno Ranimiro pro uilla samota iuxta flumen durio quod illi dederat tius suus donus Exemenus pro uilla lallinj similiter et addidit nobis incartationes quas habebat inter. Aue. et Auizella. Et nos dedimus ei pro híjs uilla turbella quod ego acceperam in quinta uiri mei nec non et mea per culmellum inter filios meos et uilla Thurísi que commutauit cum filio meo Didaco pro quo accepit a nobis uilla Camanton cum omnibus adiacentijs suis quam simili modo in quinta acceperam uel accepi integerrime huic loco sancto ac seruorum uel ancillarum dei. Concedo uilla de fornos. uilla piginario. Laurosa que fuerunt de Jafari que comparauimus et commutauimus cum filio suo vandila. in ripa Auizella uilla de sancta Eolalia terras et pumares. in uilla de Asoredi quantas ibidem habemus. tercia de illos sautos et de illas terras. In uilla de Cecili in communiaciones de gumilanes. VI.^a integra quomodo illa incommuniauerat ipsi homines ad rege. Portiones in palatiolo ibidem quantum herus ueremudiz obtinuit. In communiatus de uilla freda cum suas hereditates. terras et pumares. in Amtemiri uilla de siluares cum omnibus aiuntionibus suis. Medietate de uilla Eleanci in terras pumares. et sautos. in mortaria uilla de atanes cum cunctis adiacencijs suis. tercia parte in uillas de sub pratelo quomodo illas incartarunt ad parentes nostros et uillare de Ataulfu. in Cadauo terras et pumares in uilla vimaranes adicio etiam uilla que cum supradictis fratribus et sororibus gaanaui postquam comparauit de fratrez ab integro cum cunctis prestationibus suis. in territorio colinbrie uilla de alcaroubim quomodo illa obtinuit froya gundesindiz per incartatione de Gondisindo suariz cum omnibus prestationibus suis terras in Aluario et Salinas que ibidem comparauimus. in communiaciones de prado aluar per suis terminis cum suos homines secundum in carta resonat. Implazamus in ripa Tamice uilla quod dicitur Lusidij cum domos terras pumares et sautos que ibidem comparauimus et laborauimus siue et portionem que ibidem habuit incartata germanus noster domnus Exememus ecclesia de sancto felice. et de sancto Mamete que nobis incartauit Erus alba et omnia que nobis incartauerat per ipsas uillas in genestatiolo quantum nobis incartauit Solimiro et recemundo in ferraria. uilla de colina que nobis incartauit veta forfiz et Portione in monte Corduba que nobis incartauit Godesteo uiliulfiz. In prato antile uilla que nobis suprina famula nostra per scriptis concessit. cum omnia sua et alia que comparauimus de segiones etiam et ecclesia que fuit de parentes nostros uocabulo sancti Johannis. Idem alia ecclesia sancti Saluatoris que nobis incartauerunt. in feligaria rubeans uilla de mauri secundum illa obtinuit Gundesinde froianiz cum adiuncionibus suis que comparauimus de filia sua Guntrode pro que dedimus ei. ccc.^{tos} solidos. argenteos. in ripa sause uilla santom quantum ibidem obtinuit Mito et Adesinda de dato de nostros parentes in ripa de Auizella portione in uilla Atanagildi quantum ibidem

comparauimus. uel ganauimus siue et in uilla de pradano. et Senra de cauento que nobis incartauit ecclesias siue et incommuniaciones in pena coua. In ripa Limie portione in suagio siue terras et pumares. In monumenta sub portela de uice que sunt de nostra quinta et nostra portione que habemus in uilla de ceresitello subtus Castro malo habemus ibidem alia portione in uilla secus ponti uetre. Concedimus etiam huic monasterio secundum superius memoramur pro filio meo Nuno pro anime eius remedio. inter Ambas aues uilla nesperaria cum omnia que ab ea pertinet que commutauit cum filio meo Gundisaluo pro quo accepit a me uilla de sancto cipriano que erat de culmellos eundem Nuni filij mei. inter dorio et Tamega uilla que commutauit cum veremudo adefonsi pro que accepit uilla de portus. In dezza que fuit de colmello ipsius filij mei et do etiam adhuc de sua hereditate inter dorio. et Tamega uilla uarzena. In ripa minej portionem in amacislitello in galacia portione In pausata cum domos pumares et in fonsini terras et pumares in miliasara. hec dederunt filijs meis super ego post partem cenobio confirmatum pro ornamentis sane aliorum sanctorum offerimus templum unum calicem huic sancto que de c^m. et L.^{ta} solidos. ex auro et lapidibus ornatam. capa deaurata et lapidibus ornata continens. cc.^{tos} et Lx.^{ta} solidos. ditagos de quadraginta solidos. coronas. iij.^{es} tenentes Lxx.^{ta} solidos ex lapidibus ornatas. calices duos. unum de Lx.^{ta} et alium de L.^a solidorum. Cruces. iij. deauratas. Ditagos. Torques deauratas et lapidibus ornatos. vrceolos de. viij.^{to} solidos. candelabros. ij.^{os} Lucernas idem. Lampadas de solidos. c^m. Signos fusiles ex metallo: iij.^{or} et totidem campanis. et turiferarios ij.^{os} unum tenentem. L.^a solidos. et alium Lx.^{ta} cum suis fielis oblati. stolas scultas. xij.^{cim} capas. ij.^{as} stolas litoneas. de seruicio mense in thesaurum. cum coclearios. xij.^{cim} cifo ex auro et trulios. ij.^{os} in refertorio uasculos. archas. cuncas. ij.^{as} scalas. ij.^{as} interrotomas et palmares xx^{ti} libros ecclesiasticos. Antiphonarios. iij. organum. comitum. et manuale. ordinum. psalterios. ij.^{os} passionum et precum. Biblioteca. moralium. regulas. ij.^{as} canonem. uitas patrum cum gerenticom. Apocalipsim. etimologiarum. storia ecclesiastica. dedeca psalmorum uirorum illustrorum. et sub una cortex regula beati pacomij passionarij Ambrosij. Benedicti. Isidori. et fructuosi et regula puellarum. et alium libellum quod continet id est regulas Benedicti. Isidorj. et fructuosi. liber dialogorum. Instituconum (*sic*) beati effrem libello quod continet uita beati Martini episcopi et uirginitate beate Marie uirginis trayano uestes ecclesiasticas. iij.^{es} de albas. ii.^{os} duos saibis. et unum morcum. alara una. de alueici uelos lineas. iij.^{or} frontales pallees. iij.^{or} palas gleziscas. duas alias palas de aluz. V.^o casula. piscinam una grisissas. iij.^{es} de aluz. V.^o dalmaticas albas ij. piscinia una. et iij.^{es} auectos. i. de alueci et alia tisaz. casulas lineas. decem tonicas. x^m. superlectiles inter palleas et tramisirgas. xij.^{cim} ganapes lineas c^m. plumazos. similiter c^m. alij alpes. v.^e almucellas. iij.^{or} linulas pares. xxx^{ta}. sabanos. et mantelos polemitos. L.^{ta} lineos numero. c^m. caualos. xx^{ti} inter mulos et mulas numero. L.^{ta} equas numero. Lxx.^a emissarijs.

iiij. et asinos. iiij.^{or} vacas quantas habemus in uersegie et in suagio. et alias quantas habemus cum homines nostros incommuniatos. oues. et boues et peccora promiscua quantas habemus per has uillas que in isto testamento resonant. et ipsud Monasterio quomodo de domibus suis. circumcepit de omni ambito sui obtinet deinceps (*sic*) non omni sui sata ista ut monasterij sancti sit perhenniter confirmata. et seruorum uel ancillarum dei concessa. et luminarijs altaribus sanctorum saltim elemosinis pauperum suscepcione peregrinorum uel aduennatorum hospitorum nullis ex propinquis nostris uel extraneis possunt uindicantes quos secularibus negocijs fuerint accupati nisi quod in hunc locum sub manu Abbatis et census regule fuerint domino seruiantes et in pactum roborati. Omnia quippe supra scripta ubi est et quantum est ut diximus in prompti loco testamento legimus ut si quod absit aliquis ex contagione nostri diabolo instigante Abbas frater conuersus ac de monaca egredere a communi collegio sine benedictione uoluerit nichil de quo super resonat aliquid usurpare presumat. Nulli homines pertinentes nobis filij nepti eri nepo (*sic*) uel prosapie generis nostris anepti hunc factum nostrum in aliquam euellere uel infringere temereare conauerit quisquis ille fuerit sit anathema in conspectu dei et sanctis apostolis ita ut partem non habeant in resurrectione prima sed iude traditoris domini particeps effectus pariliat pena per iudicio domini presenti euo plaga percussus a uertice capitis usque in uestigia pedum lepre corporis prouolutus scaturire uermis obtineat nec corpus nec sanguis domini suscipiat et humani officia et ecclesia excommunicati uulgatus permaneat.

Comite uel rege pontificibus uel ducibus terre iudicio abdicatur ex propinquis facultatibus septies tantum componat quantum inde usurpare uoluerit hec series testationis in robore firmitatis permanet iugis eternis. Nodum die vij.^o Kalendas februarias. Era. dcccc.^a LXL.^a vij.^a Ego quidem Muma domna conuersa hanc concessionem qua cenobio supradicto facere libetissime (*sic*) sepe procurauit et in diem dedicationis ipsius beatitudinis aule manu propria confirmaui ex officio palatini.

Sub christi nomine. Rodesindus epicopus (*sic*) confirmo.

Sub imperio Saluatoris. Sesnandus pontifex riensis. confirmo.

Sub redemptoris clemencia. viliulfus presul tudensis. confirmo

Sub amminiculo creatoris. Didacus episcopus uirque sandecus. confirmo.

Sub deo auxilio. Ermegildus episcopus confirmo.

Sub christi. sacri corda. Ataulfus ultro sedis sapiens episcopus confirmo.

Ego denique Gundisaluus filius Menendi gunsaluj et de Muma domna hunc uotum matris mee et salutis anime nostre confirmo. Necnon et ego fratres. et Didacus uotum parentorum nostrorum deuota mente. confirmo. Similj modo et ego Ranimirus ultro uoluntarie uotam salutis et ex profectu mee genitricem mercedis. confirmo. Etiam et ego Arriane hunc fratres matris mee. confirmo. Guterri rudiensj. confirmo. Similiter et ego Oneca. confirmo. Nunus aloytiz. confirmo. Menendus menendj. confirmo. Tellus aloitiz. con-

firmitate. Vermudu uermudiz. fredenadus siloniz. Nunus froilaniz. Aldefonsus gondesindiz. fromaricus espasandiz. Froyla onerici. Sabaricus onerici. Ex officio palatini. Nunus dictus siloniz. Guntericus loytiz diaconus. Fredenandus guterriz. Rodesindus diaconus frater fredenandj. Pelagius mazugilzi. Aloitus leouigildiz diaconus. Tizon frater uimarani presbiter. Lucidus godelstei frater et diaconus. Aloytus celle nouensis prepositus. Ordonius pociani. Ordonius abba iubiz.

Quintila eroylgi confessus.
Jdem aloytus rufus confessus.
Martinus confessus.
Franchimirus confessus.

Arriane diaconus prolis pelagius.
Adesindus frater minus.
Fredenandus prepositus.
Matheus presbiter.

Post non multo uero temporis quod hunc series testamenti in conspectum multorum est confirmatum persecutio gentilium inruit in huius nostre religionis suburbium et ante illorum metum. laborauimus castellum quod uocitant sanctum mamés in locum predictum alpe latritix: quod est super huius monasterio constructum et post defensaculo huius sancto cenobio concedimus eum fratribus et sororibus in ipso monasterio persistentibus Ita ut si actio talis fuerit que filij mei gundisaluj. et onnice. in hoc castellum intrudere uoluerint, non habeant licencia eum in alia parte extraneandi. nisi sit post parte monasterij permanendi et in uita filij mei iam sepe dicti, teneant eum sub manu et auxilio illorum et post obitum filiorum meorum. ex meis nepti quod fratrum uel sororum elegerint, teneat eum post parte sanctum cenobium longo per euo persistentium. et si quod absit ut supra diximus filij. nepti. aut ex prosapie nostre uel frater aut quis libet omo hunc castellum supra memoratum in parte extranea eum extraneauerit que ad hunc monasterium impedimentum sit, hanc confusio quod sursum est constructa in eum superueniat presenti uita et post suum obitum deueniat in tartaris pena. et hunc factum nostrum in cunctis obtineat roborem firmitatis. Notum die. ij.º nonas Decembris. era. Millesima. vi.ª Muma domma hunc uotum meum libentissime et sponte iterum confirmo.

Qui presentes fuimus et hunc confirmationem concedimus Gundesaluus menendiz. Rudesindus roderici. Begica enneconj. Petrus spasandiz. Arias senioriniz. Amarellus senioriniz. honneca menendj filia. Flamola pelagij filia. Velasqueta peglaj. filia.

II

1047, Outubro, 13.

Doação feita por Recemundo Mourel ao mosteiro da Vacariça, de tudo quanto ele possuía.

Entre as propriedades citadas inclui o seu quinhão na vila de Aveiro, conforme dos seus documentos constava.

A. N. T. T., *Livro Preto da Sé de Coimbra*, doc. de fl. 65, v.

Testamentum recemondi quod testatus est ad uacarizam De villa Pol-peliáres.

IN eologita christe trinitas benedicta uiuideque ex priscarum erenicarum que pater in filio. et filius in patre promiscue etenim ex ambobus spiritus sanctus prodiens infinita tanquam diuise sed semper unite. cuius est uera trinitas. ex inextimabilis bonitas eterna et uera caritas. multis modis inennarrabilis bonis. uiuens et potens tempore seculorum neque finiendi seculi amen. Illuminator atque sanctorum omnium reparator christe emanuel. qui dixisti de tenebris lumen splendescere. ad illuminationem scientie claritatis tue. et qui post cuncta eximio tempore paras opera. et qui pollicitum esse dixisti seruum aut ancillam uel domini parare.

Ego domine famulus tuus recemundus prolix maurele et baselisse quod in hoc recolens. et in corde meo considerans ego domine famulus tuus recemondo. placuit michi sub tuo et in tuo amore christe et timore. ut de omne re mea uel de hereditate mea in domo domini offerre. pro remedio animarum nostrarum et parentum nostrorum tam etiam me ipsum qui pollicito implebo domino deo uotum. Ego in nomine patris et filij. et spiritus sancti. apostolis almis. uirginibus sacris sancti martini episcopi. et sanctorum apostolorum petri et pauli. et quorum inter eos principatum tenent. sancti uincentij leuite cum esse dinoscitur in uilla uaccariza subtus alpe buzaco. secus amnis mondeci. territorio montimaiores. Adicimus ibidem domine ad ipsius sacro sanctum et uenerabile templum qui sunt pro uelamine seruorum uel ancillarum deo de seruitjo medietatem de ecclesia que sita est in uilla foramontanos uocabulo sancte marie. Cum medietate de mea hereditate de uilla uolpeliáres sicut illa habet pro precio et cartas. et de iuliani quantum obtinuj per meas cartas. et in uillar quantum in meas cartas resonat. Et in uilla nigrellos quantum obtinuit per meas cartas. medietatem integram. in ripa uauga in marnel ubi dicent arrualde quantum in meas cartas sonat. Jntegro in lauri hereditas que fuit de bellide sicut in meas cartas resonat. JN ausela hereditatem que fuit de bellith sicut in mea carta resonat. Et in uilla alaueiro meam ratjonem sicut in meas cartas resonat. Jn uilla iliauo quan-

tum in meas cartas resonat. et in ripa de agada. in uilla trarauquela quantum in meas cartas continet et in uilla recardanes sanctus michael que fuit de indura presbitero. et hereditas que fuit de tanoi secundum in meas cartas resonat. et in uilla carbaliaes ecclesiam uocabulo sancto martino ubi dicent rio de molinos sicut illam obtinui per meas cartas. et testamentum. Et in uilla antolini et nesperaria quantum in meas cartas resonat. Et in uilla ferrariolos. et castro quantum in meas cartas resonat. Et ibi in recardanes lareas. et cortinas que michi dedit offilo. et zalama. et petrus ihoanniz. et hereditatem de magistro zalama integra. Damus atque concedimus ipsos quos nominamus de ripa uauga usque agada integro ubicumque illos potueritis inuenire. Et damus de ipso que nominamus inter durio et uauga. damus medietatem. et habet iacentjam ubi prius diximus. subtus alpe castro petroso secus uolpeliars territorio portugalensi. prope littore maris. Damus illam cum suis prestatjonibus que in se obtinet. casas. quintanales. seu domum edificij. pumares. ameixenales figales. sautos uineas uel deuesas. terras. ruptas etiam et barbaras. pratos. atque pasculibus aquas cum suis aductibus exitus montjum. sessicas mulinarum. et omnia quicquid ibidem ad prestitum hominis est. Et omnia repentjum uel animantjum in ordine ministerio ecclesie. uestimentum uero sacerdotale atque diachonalem. casulas. amictus uero et uestes de pologia ex quo illos et libros ecclesiasticos. antiphonale. psalterium. oratjonum cognitum. manualium. precus regula. signum metalli mirifice sonantis. campanam. calicem argenteum patenam argenteam. et scalam argenteam. et libros de sapientia. et omnia que adhuc cum dei adiutorio augmentare potuerimus ad aulam dei concedo. Et ibi adicimus si ego discessero ante fratrem meum dona quod eo et ille se informe in foro meo sicut sum ego. et uobis domno et petro floride abba. et florides ambobus. et aluitus presbiter prepositus uester. et congregatjone uaccariza. sub ea uidelicet ratjone seruata ut in ujta uestra obiurgetis. et post obitum uero uestrum quicquid hic habitauerint sup uestra benedictione habeant et possideant. et omnes indigeni. adueni. pupilli pauperes. orphani qui hereditates non habent habeant et possideant. Ita uno moneo ut nemo presumere in alia parte. transferre. uindere uel donare. sed in hoc loco predicto seruire. et ita eos tamen discusse firmiter stare ut in illorum hereditans fiant potestate. Et si aliquis homo ex propinquis nostris. iermanis suprinis. filiis neptis. qui ad hunc nostrum factum irrumpere aduenerit. uel uenire temptauerit: ueniat super eos ira dei. et romphea celestis. et uorax inferni baratri et insuper tunc infera pariet ipsum quod contigerit duplatum. et ad iudicem qui illam terram imperauerit aliud tantum.

Facte sunt series testamenti nodum die quod erit III.º idus octobris. ERA nobis dena. bis dena. ter dena. quater dena. quinquies dena. sex dena. sexcieps dena. occies dena. v^a. super decies centena. Regnante domno fernando rege. Ego recemundus prolix maurele et baselissa quod uoluit ad redigendum cognoui. in hac serie testamenti manum mea confirmo. +

Que presentes fuerunt. ERmigius gunsaluiz manu mea confirmo.
 Gunsaluus uenegas. manu mea confirmo.
 ERO gunsaluiz manu mea confirmo
 Suarius gunsaluiz manu mea confirmo.
 Sandemirus luzi quos uidi manu mea confirmo.
 Fredenandus didaci quos uidi manu mea confirmo.
 Fromarigo saze manu mea confirmo
 Dona deo manu mea confirmo. Pelagius gunsaluiz confirmo.
 Fafila testis. Gidemiro testis.
 Vermudus ueilaz testis. Vidragildo testis.
 Gauínio testis. Jdila testis.
 Tedulfus testis.
 ArialduS presbiter testis.
 Gaamaio presbiter confirmo.
 Areda testis.
 Domna do fredoiZ testis.
 Cidi aderedici testis.
 Godinus midiz testis.
 Godesteo testis.
 Dom uidragildo testis.
 Onorcus Notuit.

III

1050.

Inventário das propriedades que D. Gonçalo e D. Flâmula possuíam à data.

Entre muitas outras, referências a Sá, Eixo, Esgueira e à terça parte de Aveiro.

A. N. T. T., cartório do mosteiro de Pedroso. Leitura utilizada: Doc. n.º 378 dos *Dip. et Chart.* (P. M. H.).

In era LXXXVIII post M^a (?) Regnante domni fredenando rex. Sit fecit domno gonsalbo et domna flamula nodum de omnen suas ereditates tam de abolenga quam eptiam et de comparadella siue ereditates comodo et salinas. it sunt in sala corte de quemdulfo et de randulfo et de domno integra. in exso corte... de uilla que fuit de sando fofiz medietate integra. in corte de borrones que dedit martino gresomariz V talios. corte de eldigio medietate integra. in corte de framila IIII^{or} talios que fuerunt de domnega. de corte de zoleiman II^{os} talios. in alia corte de quemdulfo que fuerunt de domnega II^{os} talios. de corte de froiulfo VII que abe a dar de sal.

In rriba de antuana ereditate que fuit de ioazino. in uilla abdelazizi

sua rratione ab integro tam de parentela quam eptiam et de comparadela de matan et de suos filios. item in abdelazizi suas rrationes integras.

In uilla porceli ereditate de ador quanta abuit suo pater in ipsa uilla et abuit illa ipse ador integra pro suo ganado que damnauit sua matrasta et non abuerunt suos fratres unde illo conpler et dederunt at illo ipsa ereditate integra et ador at dom gonsalbo et ad domna flamula de ereditate de senior mediatate integra. ereditate de domno uimaraz que uinderunt suos filios et suos neptos ab integro. ereditate de gonsalbo mandiniz ab integro que uendiuit sua filia. ereditate de cidu maruaniz cos abuit de sua mater ab integro. item in porceli monestario que uocitant salla cos fuit de comidesa domna ilduara et dedit illo at abbade fraiulfo et uendiuit illa ordonio presbiter que fuit suo nepto de ipse abbas at domno gonsalbo ab integro con aiutionibus suis. item inter porceli et mazanaria monestario de sancto iuliano ab integro cos fuit de abas fraiulfo. uilla de arcozelo. uilla mazanaria ab integro per suos terminos illa media de pater meo et illa una quarta que comparauit de arualdo tedoniz in uno kaballo amarello et illa alia quarta que comparauit de domna palla in v earias (?).

De uilla seixozelo.

In uilla seixozello ereditate de rroslla et de sua germana maria ab integro et ereditate de tedom todemiriz mediatate minus V^a. De uilla petroso III^a integra que abuit de parentes meos. uilla aliaría cos fuit de parentes meos ab integro. Item in aliaría ereditate de seserigo et de suos filios integra pro que mizi leuarunt III^{es} meos omnes in cabtibo con mauros. In uillacoba medietate de ereditate de uisterlla gendoniz et alias ereditates que ibidem abuerunt nostros parentes.

In ceresedo

In uilla de anta quanta ibidem abuit nostro auio domno ero illa media que uenit nobis in portione con nostros fratres et illa alia media que cambiamus con nostra germana maumadomna et acebit pro illa in uilla de olleiros rratione de nouido integra que dedit nobis pro que peitamus pro illo cc solidos et rex pro albito presbiter que occisi. et mediatate de ereditate de samuel et alias ereditates quantas ibidem abuit mater nostra. Item in anta ereditate que fuit de sesnando integra quanto ile conpotet inter suos fratres et dedit nobis illa pro que ...mus pro illo xxx modios pro ouelias que furtauit et abuit at a dare alios xxx at nobis in iudigado. et lacsamus illos et demus at illo una egua pro carta confirmando et de sua germana sarrazina mediatate de illo suo cassal casal de brandila integro et alio kasal de cidu et de suos germanos ab integro.

Item tras doiro uilla de cabedo integra quanta fuit odoiro manco et conparamus illa de dux magnus rodorigo gonsalbiz in uno mulo de cc solidos. Item in trabanca at radize de sancta maria quanta fuit de auio nostro dom cresconio integra et inuimus de ipsa uilla super omnes que ibidem erant remorantes mulier de rrodorigo teudual et suas filias per nostros sab-

dores et peruenimus inde at iudicio in concilio de sancta maria et conrogarunt nos et dederunt nobis nostra ereditate et filios de rrodorigo recarediz et filios de aldiam. et ibit in trabanca ereditate de matre mulier de sendino mediatate integra et alia media de suo germano patrezello et acerberunt proinde ambos VIII modios et comparauit ipsa matre de suo germano patrezelo illa media et fugiuit con suo marido et con suos filios at mauros et furtaurunt nobis IIII^{or} eguas et persumsemus proinde omnia sua ereditate ab integro quanta in suo iure inuenimus. et uilla paramio integra per suos terminos et conparamus illa de comidesa domna tuda et de sua filia domna lluba in una mula pretiada in ccc solidos et in una pelle alfanec inuestida de pano zikilatom pretiada in ccc. et IIII^a de uilla eliscaria quanta fuit de pater nostro domno egas cotnomento iala.

In cerseto ereditate de louesindo ad integro. ereditate de animia et de sua germana ad integro. ereditate de areta ad integro. ereditate de parente et de iohanne ad integro. et quinio ab integro que derunt ipsos uendetores.

Ereditates que ganaui domno gundisaluo et domna flamula in riba de uauga

Lali quomodo diuide per illa insula de pingnero et de saualanes per ut illa conbona solent facere sancta maria de lamas mediate integra per suos terminos per ut sparte per illa petra de contensa et de alia parte per illa lagona de sub porto de belli et quomodo diuide de alia parte uauga per cima de illa lacona de sub porto de belli in suo directo diuide cum belli. et de fareganes mediatate. de castrello et tercia de arraual. Et de totum ualle longum quarta integra. Et faramontanos tertia integra. Et de uilla seren tertia integra. et de uilla lafafi medietate integra. Et de monasterio de cedarim mediate integra. Et de sua uilla de paratela mediate integra. Padazanes ad integro per suos terminos quomodo diuide cum christouaunes et cum couellas per illo fontano cum suo molino et illo fontano discurrere pro ad uauga per ut illo diuidiui cum maiorinos de rex domno fredenando. et de alia parte per estrata maiore. et de alia parte quomodo diuide cum lamas per illa coua de illo sauqueiro de ripa de uauga. et de uilla sagatanes quarta integra. et uilar de bolfelar riba agata totum ad integro. Et in riba de certuma uilla paratella ad integro. et faramontanellos ad integro. et in barrios aurentana. Sancta maria de lamas que fuit de auolengo. zedarim que fuit de auolengo. faramontanellos que fuit de auolengo. paratella de auolengo. aurentana de auolengo. sala cum suas salinas de auolengo. et uilla de recardanes mediatate cum media de sua ecclesia quomodo diuide cum barriolo et cum eiras de alia parte cum spinelle et de alia parte agada casal de lausata diuide cum abciquinis et de alia cum ederoni. et in illa marina costa sala tertia de alaueiro. et illas uillas que sursum sunt nominatas de auolenga et de ganata quomodo diuisi illas dom gunzaluo quando sedia in monte maiore per manus de rex domno adefonso et per sua persolta et per ueritate et per manus de ille comes menendus luci qui illa terra inperabat.

IV

1057, Novembro, 19.

Doação feita por Gendo, sua mulher Argelo e seus filhos Donelom e Tedom ao mosteiro da Vacariça, de 51 talhos de salinas na marinha de Esgueira.

A. N. T. T., Livro Preto da Sé de Coimbra, doc. de fl. 52, v.

Testamentum. gendi. et argelom. et de denelom. et de tedom.

IN nomine domini nostri ihesu christi. illuminator atque sanctorum omnium reparator christe emanuel. qui duxisti de tenebris lumen explendescere ad illuminationem scientie claritatis tue. et qui post crucem eximio tempore paras opera. et quod pollicitum esse dixisti. seruum aut ancillam uel domini parere.

Ego domine famulo tuo gendo placuit michi in tuo amore christe. et timore ut hereditas mea in domo domini offerre pro remedio anime mee tam etiam uxor mea argelo. et filius meus donelom. et tedom. Et me ipsum quod pollicito implebo domino deo uoto ego. IN nomine patris et filij. et spiritus sancti. apostolis almis. uirginibus sacris sancti martini (*sic*) et sanctorum apostolorum petri et paulj. et quorum inter eos principatum tenent. (*sic*) sancti uincentj leuita cum esse dinoscitur in uilla uaccariza subtus alpe buzaco. secus amnem mundeci territorio mons maior. Adicimus ibidem domine ad ipsum sacrosanctum. et uenerabilem templum dei testamentum facio de salinas meas quas habeo in marina de isgueira. L.^a] talios cum suos uasos quos ad illos seruiunt. damus atque concedimus dum uita uixerimus. et posteritas mea. et si in hoc mundo periculis uenerit ad ipsum gendo aut uxorem suam. aut ad filios suos quos iam supranominauimus quod seruiant integras ad monasterium. et uos domine et pater floride abba. et presbiteros. et fratres. et congregatio cenobij uaccarize sub ea uidelicet racione seruate. et in uita uestra obuigetis. et post obitum uero uestrum quicquid habitauerit sub uestra benedictione habeant et possideant. et omnes indigni. aduena. pupilli. pauperes. orfanos qui hereditatem non habuerint habeant et possideant. Ita uno moneo ut nemo presumere in alia parte transferre. uendere uel donare. sed in hoc loco predicto seruire. Et ita eos tamen discusse firmiter estate ut illorum hereditas fiat potestate. Et si aliquis homo ex propinquis nostris iermanis suprinis. filiis uel neptjs qui hunc factum nostrum irumpere uoluerint. uel uenire temptauerint ueniat super eos ira dei et rufea celestis et uorax inferni baratri. et insuper tunc infera pariet ipsoque contigerit duplato. et ad iudicem qui illam terram imperauerit aliud tantum.

Facta est series testamenti notum die quod erit. XIII.^a Kalendas decem-

bRis. Era. LXXXV.ª V.ª Post millesima. regnante domino fernando rege.
Et ego gendo in hac serie testamentj manum meam confirmo. +

Qui presentes fuerunt.

egas manu mea confirmo.

Fromarigo sancij manu mea confirmo.

Ononigo gunsaluiz manu mea confirmo.

Pelagius gunsalui manu mea confirmo.

Oseredo sabidiz quos uidi.

Tedom testis.

Domnus auns albo iben

Eita sandariz Quos vidi.

Petrus moniz testis.

Paio testis.

Guzoi anseriguiz testis.

Guizoi uimariz testis.

Didacus testis.

V

1077.

Inventário dos bens de D. Gonçalo Viegas e de sua mulher D. Flâmula e de D. Paio Gonçalves.

Entre eles se contam salinas em Sá, no Esteiro, e a terça parte de Aveiro.

A. N. T. T., cartório do mosteiro de Pedroso. Leitura utilizada: Doc. n.º 549 dos Dip. et Chart. (P. M. H.)

In era Mª Lª Vª si ganauí domno gundisaluio iben egas et domna flâmula ereditates in riba de uauga in diebus domno adefonso rex quando sedia in monte maiore de manu de ille rex et diuisi illas tam de auolenga quam etiam de ganantia.

Ii sunt uillas nominatas de auolenga. sala cum suas salinas que est de insturio in esteiro unde non dam ciuadera ad rex. et de ganantia tertia de alaueiro. de ganantia lali quomodo diuide cim pignero et cum saualanes per illa insula ubi illa conbona sollen facere. de sagadanes quarta. de ganantia padazanes quomodo fui illa de ille comes domno didago et diuide per illa strata maiore et de alia parte diuide per illo termino de sancta maria de lamas et de alia parte cum crestoualanes et cum couelas per illo fontano que discurri pro ad uauga cum suo molino sic ganauí eam ad integro. et de auo-

lengo medietate de sancta maria de lamas quomodo diuide cum padazanes per illo sauuquero que sta in illa coua de riba de uauga et de alia parte per illa lagona de susana per illo bico de sub porto de belli et in suo directo trans uauga et de alia parte per petra de contensa. et de ganantia medietate de farelanes quomodo diuide cum mazinata et cum eira uetra per uauga et de alia parte cum faramontanos. et illa uarzena que iace inter farelanes et castrelo de quomodo comparauit illa de teton arualdiz. et mediatate integra de castrelo est de ganantia. et quarta de arraual de ganantia. et tertia de faramontanos de ganantia. et tertia de ualongo de ganantia. et mediatate de recardanes quomodo diuide cum spinelle et de alia parte cum barriolo et de alia parte cum eiras. et tras agada casal de lausato de ganantia quomodo diuide cum ederoni et de alia parte cum abciquinis per illo fontano que discurri ad illo porto de sancta eolalia. de auolengo faramontanelos in riba de certuma. paradella in riba de certuma de auolengo. aurentana in barios de auolengo. mediatate de monasterio de cedarim et de sua uilla. paradella in riba de uauga de auolenga. et quarta de seren de ganantia. et medio de Iafafi de ganantia. et quarta de crestoualanes de ganantia. et quarta de sagadanes de ganantia.

In riba de antuana tres quintas de ablacizi de ganantia. et quarta de canellas et de riu sicu quos fuit de mandan. Istas hereditates de auolenga et de ganantia uendiui illas domno gundisaluo de ille comes menendo luci qui illa terra inperaba sub gratia de ille rex domno adefonso quia ille dux tenuit regalengo et condadu et mandamento. In rripa de agata in uilla de abolfeiar auilar de abolfeiar ad integro.

Et in ipso anno que colimbria prehendeu regem domno fredenando colimbria sacarum filios de domno gumsaluo de ipsas hereditates que de sursum resonant suos inuentarios ante regem domno fredenandus et dedit illis ipse rex suos maiorinos didacus tructesindizi et filius suus menendo didazi qui illa terra imperabant qui exquirisent ipsas uillas in ueritate sicut exquisierunt et inuenerunt illas in ueritate quia erant suas de ipsos filios de domno gumsaluo quomodo in ipsos inuentarios resonabant.

In era M^a C^o XV Si deuindicauit domno pelagio gunsaluizi suas hereditates in tempore domno sisnando qui erat suo inimico et erat domno de tota sancta maria et colimbria. Hec sunt ipsas hereditates. in cortegaza media de hereditate de garcia presbiter. et medietate de hereditate de pelagio louesindizi. et V^a minus III^a de hereditate quas fuit de suario galindizi in ipsa cortegaza ad integro. et in uilla ermorici medietate de hereditate de iuliana ad integro si in casales quam fora. Hereditate de matre. et hereditate de uimara. hereditate de suario. et ipsa hereditate de illo condato unde abet III^a quartas et sua subrina quarta. et hereditate de gundesindo mentonizi. hereditate de mulier de patre osoriquiz. hereditate de gundesindo media. et duas partes de hereditate de tia bellita. hereditate de gunzalbo gardalla et de sua mulier ad integro exceptis illo quinion de ramiro. de ipso

casal ut habitau tio domno tres partes cum suas terras. hereditate de citi arias ad integro. hereditate de icila arianizi ad integro. hereditate de arias eitazi et de sua mulier et de germana et de suos filios ad integro et quarta de illa turre. Istas hereditates abent illas abere filios de domno pelagio que abet de uxore sua domna hermesinda de istas que sursum nominauimus sine alios iermanos.

Et que ganauit in ansemir. hereditate de mulier de uermudo ueilaz et petroso quas fuit de tio meo ero uermudizi ad integro. Et VIII^o de tota hereditate de gunzaluo trastemirici et de criazom unde fecit michi filio meo gunzabo carta quas fuit de suo auolo. et riba de uauga medietate de golanes.

de hereditate didago baualdizi de mazaria medietate et de alias totas suas per ubi illas potueritis inuenire. et medio de paramio exceptis octaua. et que michi cadeuit de parentela. media de anta et media de trauanca.

VI

1081, Abril, 24.

*Dote de Gonçalo Luz a sua esposa Unisco.
Entre outros bens, a vila de Eixo.*

A. N. T. T., Tombo de S. Simão da Junqueira. Leitura utilizada: Doc. n.º 595 dos *Dipl. et Chart.* (P. M. H.)

In principio creavi Deus coelum et terra, tera autem erat inanis, et sipiritus Domini ferevatur super aquas et dicit quoque Deus fiat lux, et facta est lux, et fecit quoque Deus quod est bonum super terra, et ait: faciamus ominem ad imaginem, et similitudinem nostram; et fecit Adam et nom bonum solum omo, sed faciamus adjutorium tulit prima de costis ejus, et fecit adjutorium similem ejus, et ait, set primo est caro, et dixi Deus: dereliquet omo Patrem et Matrem et aderevi uxorem.

Et ego Gundisalvus lux dou a tivi dulcissima mea Vnisoni Prolix sosediz in titulum dotis; Villas pronomintas inter Limia et Katavo Villa Quiriaz cum ajunctionibus suis; Villa Argunli cum ajunctionibus suis; Villa Gallegus cum ajunctionibus suis; Villa Frigida cum ajunctionibus suis; Villa mediana cum ajunctionibus suis; inter Katavo et Ave: Villa Berulfi cum ajunctionibus suis; Villa Costodias cum ajunctionibus suis; Villa Vaxerla cum ajunctionibus suis; Villa Lausata cum ajunctionibus suis; Villa Penso cum ajunctionibus suis; Villa Abregam cum ajunctionibus suis; Villa Peso

cum ajunctionibus suis: Villa Benedicti cum ajunctionibus suis: Villa Gomariz cum ajunctionibus suis: Villa Kastellarius cum ajunctionibus suis: et inter Ave et Durio: Villa Pampellitu cum ajunctionibus suis: Villa Foce de Leza cum ajunctionibus suis: Villa Quiriaz cum ajunctionibus suis: Villa Lauseira cum ajunctionibus suis: Villa Lauretu cum ajunctionibus suis: Villa Felgosa cum ajunctionibus suis: Villa Cornadu cum ajunctionibus suis: Villa Refoios cum ajunctionibus suis: Villa Vimaredi cum ajunctionibus suis: Villa Pasaela cum ajunctionibus suis: Villa Argemir cum ajunctionibus suis: Villa Rout Clarius cum ajunctionibus suis: Villa Santo Tome cum ajunctionibus suis: Villa Negrellus cum ajunctionibus suis: Et inter Durio et Mondego Villa Oles cum ajunctionibus suis: Villa Exu cum ajunctionibus suis: Villa Abricumka cum ajunctionibus suis: Villa Gaiatit cum ajunctionibus suis: Villa Azeveta cum ajunctionibus suis: Villa Azevetusu cum ajunctionibus suis: Villa Petroso cum ajunctionibus suis: Villa Nogaria cum ajunctionibus suis: id et prenomatos mancipios, et mancipias Menendo cum filiis, et nebtis: Bellita cum filiis et neptis: Guiscalco cum filiis et neptis: Grado cum filiis, et neptis: Adelfo cum filiis, et neptis: Pepi cum filiis, et neptis: et Eromo cum filiis, et neptis: Fromarigu cum filiis, et neptis: Villivado cum filiis, et neptis; Odorio cum filiis, et neptis: Erinius cum filiis, et neptis: Osevio cum filiis, et neptis: Zoderedo cum filiis, et neptis: Petro cum filiis, et neptis: Aragunti cum filiis, et neptis: Gundesindu cum filiis, et neptis: Salvator cum filiis, et neptis: Cidi cum filiis, et neptis: Petro cum filiis, et neptis: Speciosa cum filiis, et neptis: Kavalos cum frenis, et celas numeratos viginti: Hecoas numeros sex: Vestitus natrom quales omnes pertine. Vaccas Bitulatas quadraginta; Pegora permista numerum tercentum. Et ego Gundisalvo Luz cunjungia mea Vnisconi juxta portione de ipso qui in dote resona vel in carta, et me compota inter fratres vel eredes, ut aveatis vos, et omnis posteritas tua juri pereni: notum die erit octavo Kalendas Magii era milesima centesima decima nona. Gundisalvo tivi Unisco manum mea ro + voro. Qui presentes fuerunt. Suario testes vidi Sunila testes vidi. Odorio testes vidi. Lovesindu vidi et notuit.

VII

1095, Julho, 18 e 1100, Maio, 20.

Doações feitas por Zoleima Gonçalves e Zoleima Roupariz à igreja de Santo Isidoro de Eixo.

A. N. T. T., cartório de Lorvão. Leitura utilizada: Doc. n.º 819 dos *Dipl. et Chart.* (P. M. H.)

In nomine genitoris genitis simulque anobus (?) procedens spiritus sanctus qui est trinus in unitate et unus in deitate et uniuersa colligitur creatura cui famulantur uniuersa celestia deseruiunt et etiam et terrestria ad cui inperium ueniunt maria ad quod creata sunt omnia qui ante mundi constitutione deposita qui hominem ex limo plasmaui et in fine seculorum formam serui adsumsit per passionem propria sanguinem umanus genus de morte redemit et postea in gloria resurrexit misit sanctos apostolos suos predigare euangelium in uniuersum mundum fidem catholicam confirmaui credentes in eum non derelinquit ex quibus noster unus ex ceuedei filius spania sortiuit ut de tuis redas fructum in die iudicii domini nostri ihesu christi.

Ideo ego famulum dei zoleiman gundisalbhis audiens scriptura diuina oragula adinplendum aliquantulum cupiens homnipotenti deo eternum puris mentibus de quod nobis adtribuit redere uenit per spiraculum cordis nostri pro remedio anime meæ et parentum abiorum meorum et sub tuo sancto nomine et eximie trinitatis facimus testamentum in onore sancti salbatoris sancte marie uirginis et homen corum apostolorum corum reliquie quod scripta sunt in loco sancti issidori que est fundatum in uilla exo subtus ciuitas marnele discurrente riuolum uauga territorio colinbriense damus ad deseruiendum ad ipso loco sancto mediatate de ereditate que abeo de parentum abiorum meorum que abeo odie die que in alias kartas non resonant et mediatate de ereditate que fuit de flauiano gentoniz connomento cidi. Damus ad seruiendum pro tolerantie fratrum et monacorum qui ibidem abitantes fuerient (*sic*) et uita sancta perseuerauerient et non sedeant licitus uindere nec donare ad nullum seculare hominem nisi teneant illam sanam et intermerata post parte ipsius locis sancti issidorii et abeat illa sobrino meo zoleimam raupariz siue æglesia siue leigal in cunctis diebus uite sue et post obito suo remaneat illa sana ad qui uita sancta perseuerauerit et siquis homo aut unus ex sanquinibus nostris qui oc factum nostrum infringeri uoluerit franga illi deus autaciam suam in primis sit excomunigatus ad corpus domini nostri ihesu christi sit separatus et inferni profuntus dimersus et cum iuda traditore abeat participium in eterna damnationem et propter damna secularia pariat post parte regis aut potestas qui illa terra inperauerit dua auri

talenta et hunc factum nostrum semper plenam obtineat firmitate et roore in perpetuo. facta series testamenti die erit XV^o kalendas agustas. Era MCXXXIII.^a Ego zoleiman gundisalbiz in ac seria testamenti manum mea rouor + o.

Hic sunt testes. Didagu testis. Gendon testis. Osoreo testis. Gunzalbo testis. Dauit testis. Odario testis. Pelagio testis. Petrus notuit.

Et ego zoleiman roupariz adicio hic in ipsius testamenti illo meo pomar quo ego plantavi in illa hereditate de illo testamento que fuit de meo tio dom zoleiman et ipso meo uallato deante illa ecclesia ubi illa mea uinea plantauerat et illo calicem meum de illo argento et illa crucem de argento que fuit de meo tio et illo meo misual et illa uestimenta de illa ecclesia tota et illo ordinum bonum et uno psalterio bonum sic deseruiat totum ad sancti isidori ubi ego illum totum concedo. et qui inde aliquid abstulerit pariet illum in quadublum et abeat partem cum iuda dei traditor in eterna damnatione et oc testamentum semper plena abeat roore et obtineat firmitate die erit XIII^o kalendas iunii. Era millesima CXXXVIII.^a Ego zoleiman roupariz in hanc series testamenti manum mea ro + uoro.

Ic testes nodario testis. gendon testis. menendo testis. aluito testis. gunzalbo testis. Gundisalbo quasi presbiter notuit.

VIII

1100, Junho, 13.

*Doação feita por Zoleima Roupariz ao mosteiro de Lorvão.
Entre as verbas doadas contava-se uma marinha em Sá.*

A. N. T. T., cartório de Lorvão. Leitura utilizada: Doc. n.º 936 dos Dipl. et Chart. (P. M. H.)

Christus. Domnis inuictissimis hac triumphatoribus sanctisque martiribus sancti mameti et sancti pelagii martiris christi quorum basilica scita est in loco urbanensis cenobio Vnde ego dei famulus zoleiman rauparizi atque presbiteri memoriam integra habui que de hoc seculo migraturus sum et in die magni iudicii presentatus ubi nullum est adiutorium nisi elemosinis et operibus bonis. Monet nos scriptura diuina — date et dabitur uobis tua enim sunt omnia domine — et cetera.

In tuo denique amore quia michi elegi patronum concedo et offero a sancto altario tuo et a tibi prior eusebius cum quolegio tua omnia que possideo id est una marina cum sua uita et sua uasa quantum ad ipsos talios

seruet et a prestitum hominis est et abet iacentia in uilla sala discurrante ribulo uauga prope litore maris et uno kalice argenteo et uno missal et uno poldro et uno boue et una uaka et VI porcos. omnia que notauit ab integro concedo et insuper trado corpus meum uiuum et mortuum ad regulam sancti benedicti seruaturum. Siquis sane mentis non crediderit aliquis homo uenerit contra hunc factum meum ad inrumpendum quesierit in primis sit excommunicatus et ac ceptu christianorum sit segregatus et cum iuda christi traditori habeat participio in eterna damnatione et quantum usurpauerit in duplo conponat et ad iudicem II(?) auri talenta. Facta kartula series testamenti Notum die quod est idus iunii. Era M. C.^a XXX^a. VIII.^a Ego iam supra nominato quo fieri elegi coram testibus manus meas ad roborandum tr—adidi.

Eusebius prior confirmo. — Arias presbiter confirmo. — Onegildus presbiter confirmo.

Iohanne clericus confirmo.

Nodeiro testis — Gendum testis — Aluitu testis.

Veremudo testis — Menendo testis — Cidi testis.

Gundisaluus monachus notuit.

IX

1103, Janeiro, 31.

Doação feita pelo presbítero Soeiro à Mitra de Coimbra, da herdade que possuía em Esgueira.

A. N. T. T., Livro Preto da Sé de Coimbra, doc. de fl. 162 v.

Testamentum de heredita de isgueira. MauRicio episcopo.

In dei nomine.

Ego suarius presbiter scripturam testamenti facio uobis domno mauricio pontifici de hereditate mea propria quam habeo in uilla quam appellantur isgeira que habet iacencia secus foce. uauca prope littora maris dono uobis illam et testor cum omnibus adprestacionibus suis que in se obtinet et ad prestitum hominis est una cum sua ecclesia omni mea racione quod in ipsa predicta ecclesia heredito. uel in ipsa uilla paretum meorum uel de apresuria temporibus sesnandi consulis colimbriensi. Ita ut de hodie die habeatis uos illa firmiter ad proficuum ecclesie uestre sancte marie colimbriense sedis per redempcione anime méé uel parentum meorum. sed fide reseruata ud inde illa media ex illa prefata in uita mea sint ad stipendia mea

uel fratrum meorum et post obitum meum remaneat integra uobis predicto episcopo siue ad ecclesiam uestram.

Et si adhuc conuencionem uobiscum facio ut omnes germanos meos tam in uita mea quam post obitum meum remaneant in illa supradicta medietate et sint ibi per manus uestras uobis seruietes uel ad prefatam ecclesiam. uel successoribus uestris. Et ut uos sitis defensores eorum et mihi similiter in uita mea beneficium caritatis inpendatis tam in anima quam in corpore. Ita ex hac die sit de meo iure abrasa et uobis predicto episcopo tradita atque confirmata tam uobis quam clericis uestris uel successoribus qui in ea ecclesia iam dicta permanserit.

Facta carta donacionis et testamentj Era M.^a C.^a XL.^a J.^a pridie kalendas Februarij.

Et si forsitam aliquis homo uenerit contra hunc factum ad irrumpendum tam ego quam aliquis ex meis propinquis siue ex germanis aut extraneis. quisquis fuerit ille conponat hoc quod usurpauerit quadragies uel undecies. Et hoc meum donum ad predictum locum perhenniter obtineat firmitatem.

Ego suarius presbiter uobis domno mauricio episcopo hoc scriptum confirmo. et cum manibus propriis roboro +o. Ego mauricius dei gratia colimbriensis episcopus confirmo et signum sancte crucis inpono +. Ramirus prior uisensis confirmo. Egas pelaiz testis. Menendus ramiriz testis. Fernandus testis. — Rodericus abbas lacencis cenobij confirmo. Iohannes nuniz testis. Frogia prior senensis confirmo. Ennecus uisensis presbiter confirmo. — Gunsaluus prior colimbriense sedis confirmo. Odorius archidiaconus confirmo.

X

1106, Agosto, 25.

Doação feita pelo Conde D. Henrique e pela Rainha D. Teresa ao mosteiro de Lorvão, de metade de Cacia.

Referência a Fontela, Esgueira, Vilarinho e Matança.

A. N. T. T. — C. R., Lorvão, m. II, doc. 12. Leitura utilizada: *Docs. Régios* (Acad. P. Hist.), pág. 15.

Domnis inuictissimis ac triumphatoribus sanctisque martiribus sancti Mametis et sancti Pelagii ob cuius domus uel honore ecclesie uestre perpetua felicitate firmitatem quia exutus corporea de hoc seculo ad alia transferuntur anima qualis namque se illic peruenire considerat qui hic bona peragenda corde et corpore pigritat. Monet enim nos Dominus dicens «Date et

dabitur uobis». Vnde et Moisen dicit «Tua sunt enim omnia Domine et que de manu tua accipimus dedimus tibi».

Ideoque ego el comde Enrequi et regina Tarasia cum peccatorum mole depressos donamus atque offerimus sancte ecclesie uestre cuius baselica esse dinoscitur locum que dicitur Laurbano testamus domui huic medietatem de uilla nostra nomine Cacia per suos terminos nominatos de una parte quomodo sparte cum Exu per lo canal que intrat in Vouga subinte ad ualle da Fontanela deinde pela Mouta da Mamua que dece a poza deinde quomodo sparte pela gandra cum Isgueira descendente a Vilarino quomodo sparte per uallo descendente a Matantja quomodo intrat in Vouga. Testamus uobis abbas Eusebius et fratribus uestris in monasterio Deo seruiantibus nostram uillam mediætatem ad condimentum fratrum per suos terminos sicut superius sonant pro remedio animarum nostrarum et parentum nostrorum. Siquis tamen quod fieri non credimus aliquis homo uenerit contra hunc nostrum scriptum ad inrumpendum pro sola temptatjone sit maledictus et excommunicatus et cum Iuda prodictore habeat societatem et insuper quantum demandauerit tantum in duplum monasterio componat et senioreme terre quingentos soldos reddat et hoc nostrum factum firmum obtineat roborem. Facta carta testamenti VIII.º Kalendas Setembris. Era M.ª C.ª XL.ª IIII.ª Nos supranominatos qui hoc scriptum facere iussimus cum propriis manibus nostris roboramus et hoc signum facimus + +.

Egas Gonsendiz confirmo. Egas Moniiz confirmo. Anaia Vestrariz testis. G. Goterriz testis.

Menendus Gunsaluiz confirmo. Menendus Venegas confirmo. Pelagius Diaz testis.

Arias Iohannis testis. Vermudus Auaiubiz testis.

XI

1116, Março, 19.

Doação feita pelo Conde D. Henrique e pela Rainha D. Teresa ao mosteiro de Lorvão.

Entre as propriedades doadas, metade de Cacia e parte de Esgueira.

A. N. T. T., col. esp. p. II, cx. 24, gav. 13, rep. I, m. 1. Leitura utilizada: *O mosteiro de Lorvão na reconquista cristã*, do Dr. Rui de Azevedo.

Placuit inspirante diuina clementia comite Henrico. et uxori sue domne Tharisie regis Ildefonsi filie. facere testamentum. de cenobio laurbanense quod dedicatum est in honore beatis Mametis sedi colimbriensi ciuitate dedicate in honore beatae Marie et episcopo domno Gundisaluo. et successoribus eius. et clericis ibidem commorantibus in perpetuum. cum omnibus testamentis. et adiectionibus suis. ut habentur scripta. in eiusdem cenobii testamentis. eo quod erat sub regali temporalique potestate traditum. Voluerunt pro redemptione eorum facinorum illud deliberare. et sedi iam dicte. in dei honore ad testare. Quod testamentum a nobilioribus eorum palacii et ab archiepiscopo toletano et legato sancte romane ecclesie domino Bernaldo. Immo et a domno papa Paschali confirmatum est. Transacto septem annorum tempore. predictus episcopus considerata predicti cenobii restauratione. Eusebium priorem in abbatem elegit. ut cum monachis ibidem consistentibus. regulariter uitam ducant et pro tuitione sui eorumque de testamento supra taxato. Placuit sibi tantum illis concedere. In primis scilicet omnem quod habetur in circuitu predicti cenobii cum istas adiectionibus. inferius nominatis.

In Uilla Koua illas uineas et terras que in testamentis ipsius cenobii sunt. Et illa acenia et Gondelin. Et nostram partem de Mortalago. Et in territorio uisiense uillam de Traxedo cum sua ecclesia. et Negosela. Et illam ecclesiam de Oliuaria de Currelos. Et uillam de Sauugosa cum sua ecclesia. et monasterium de Sperandei cum suis ecclesiis Sancti Martini et Sanctam Eolaliam cum suis terris. Et in uicino ciuitatis Colimbrie. ab illa barrosa Uilela et Salas et Boton cum sua ecclesia et infra ciuitatem predictam ecclesiam beati Petri cum omnibus suis uineis et ortis. Et in suburbio eiusdem ecclesiam beati Bartholomei cum omnibus suis uineis. et sanctum Martinum de Freiseneda et sanctum Martinum de Senobria et ecclesiam beati Cucufati excepta parte episcopali. harum supradictarum quinque ecclesiarum.

Et in Arazedo terras de Sendino Gundereiz et in Antonioli terras de Spanosendo. et in Azamar terras de alimia. et uineam de ualle de Heiarelas. et medietatem de illa pischalia de Mondeco et illos molendinos de Forma et alium molendinum qui est super illo de Martino et alium in Anzana. et

unam marinam in foce de Mondeco. et unum kanal in Mondeco. et uillam de Cendelgas et testamentum quod est in Ribulo Frigido et uillam de Palos. et Belli et medietatem de Kacia et unum hominem in Isgeira.

Et quiquid de inceptis augmentare uel adquirere potuerint licentiam habeant possidendi et ut ipse abbas cum omni suo conuentu sit subditus episcopo et canonicis prefate sedis et sine eorum consilio isto defuncto nullatenus alter eligatur. Terminationes uero supranominatas ad tuicionem monachorum ita possideant ut nemo successorum meorum aliquid ex eis minuet. uel demat. sed ad integrum ut iam diximus possideant in perpetuum. De testamentis uero eiusdem cenobii que in eremo seu in potestate paganorum habentur deo faciente si christianitati restituta fuerint. quantum inde potuerint sibi restaurent. Et episcopus cum clericis iam nominatis similiter faciant. Per singulos annos prandium in cenobio supradito episcopo detur. uti mos est episcoporum. Si autem aliquis successorum seu canonicorum aut cuiuscumque persone laicorum sit hoc nostrum factum in aliquo infringere atemptauerit. non sit ei licitum per ullam assertionem cuiuscumque ingeniose calliditatis set pro sola temeritate de suis propriis facultatibus restituat in quadruplum supradicto cenobio omnia que auferre temptauerit et quandiu in hac pertinacia manserit sit excommunicatus a societate fidelium christianorum. qui si in hac audacia ab hoc seculo obierit. sit illi perpetua cum diabolo mansio in eterna damnatione. et hoc nostrum factum perpetuum obtineat uigorem. Sciendum est igitur quod si ille abbas qualicumque ingeniose calliditatis hoc quod suprataxatum est alienare seu auertere a iudicio et a potestate colimbriensis pontificis et canonicorum eiusdem et hoc probatum uero iudicio fuerit. tam ille abbas quicumque fuerit et monachi eius careant omnibus que suprascripta sunt. et honore et licentia sit pro nominato pontifici et eius canonicis cuncta disponere ut statuerint. Facta donationis et confirmationis carta et manu propria roborata coram presentibus quorum nomina infra scripta sunt. XIII kalendarum Aprilium Era T. C. L. IIII.

Martinus prior — Tellus archidiaconus — Iohannes archidiaconus —
Sisnandus armarius — Martinus capellanus — Laurentius archidiaconus.

Petrus presbiter — Pelagius presbiter — Petrus presbiter — Dominicus presbiter — Petrus presbiter.

Iohannes diaconus — Petrus diaconus — Iulianus diaconus — Nunus diaconus — Pelagius diaconus.

Petrus subdiaconus — Martinus subdiaconus — Martinus subdiaconus.

Petrus Gundisaluiz — Gundisaluus Gundisaluiz — Aluitus Recamundiz — Gundisaluus Guterriz — Anaia Uistrariz — Menendus Gundisaluiz — Guter Suariz.

Egas Pelaiz — Pelagius Didaz — Fernandus Zuleimaz — Randulfus Zuleimaz — Menendus Nuniz.

Daniel indignus presbiter notuit.

XII

1131, Março.

Doação feita por João Mendes ao mosteiro de Santa Cruz de Coimbra, da sua propriedade de Arada, junto a Aveiro.

ARQUIVO PARTICULAR DA CASA ROCHA MADAHIL, de Ilhavo. Certidão de 1811.

In Dei Nomine.

Ego Ioanes Medis timens diem mortis meæ hoc modo facio Testamentum pro remedio animæ meæ. In primis post obitum meum in Colimbriensi Monasterio Sanctæ Crucis mando Sepeliri corpus meum et mando ibi dare mecum totam meam Vilam quæ vocatur Heerada et habet jacentiam justa Aaveiro et est sciendum quod ego ibi dedi genero meo gonsaluo gonsalues quosdam casales tali videlicet pacto ut in vita mea tantum eos fructuario jure teneret, post mortem vero meam relictis ipsis casalibus prædicto Monasterio cum suis germanis in aliis meis hæreditatibus integraretur quod si ipse contra hoc factum facere præsumperit canonici Sanctæ Crucis accipiant totam [meam] hæreditatem de Mortede pro ipsis tantum casalibus retentis in supradicta vila videlicet nomine Heerada. Vxor autem mea Dona Maria si post mortem meam se bene continuerit et alterum virum furtim vel palam non acceperit sicut facere mihi professa est et per concilium Prioris Sanctæ Crucis et aliorum bonorum hominum qui ibi Sunt Se bene continuerit mando ut in vita solum modo sua fructuario jure habeat totum hoc quod superius mandavi Monasterio Sanctæ Crucis et post mortem ejus totum sicut supradixi eidem Monasterio libere relinquatur: sin autem aliter fecerit et ista mea præcepta non observaverit statim post mortem meam Canonici Sanctæ Crucis in suo jure et potestate vindicent et habeant et possideant in perpetuum totum hoc quod eorum Monasterio mandavi: hoc autem totum facio pro remedio animæ meæ meorumque Parentum et ut in gratationibus et beneficiis ejusdem Monasterii cum cæteris benefactoribus partem habeant. quicumque contra hoc totum facere præsumperit sit maledictus et cum danato Iuda in Inferno crucietur et quantum inde auferre tentauerit tantum in duplum componat et insuper hoc scriptum semper suum robur inviolatum obtineat.

Facta Testamenti carta Mense Martio era milesima centesima [sexagesima] nona. Ego Supradictus Ioanes Medis qui hanc cartam facere jussi coram idoneis testibus confirmavi et cum propria manu hoc sig + num feci. Qui præsentibus fuerunt Pelagius Aluanus testis Suarius octo testis Petrus Pelagius testis Fernandus Amicus testis Gundisalvus gonsalves gener meus testis et adfuit Gonsalvus Pelagius testis Pelagius de Gois testis Pelagius lux testis Ioanes Presbiter notavit.

XIII

1137, Abril.

Doação feita pelo Bispo de Coimbra, D. Bernardo, ao arcediogo Martinho, da sua marinha de Esgueira, sita no lugar de Figueira.

A. N. T. T., Livro Preto da Sé de Coimbra, Doc. de fl. 123 v.

Carta donatjonis. DE MARINA DE hysguéira
In Christi nomine.

Hec est carta donacionis. et firmitudinis. quam iussi facere ego bernardus dei gratia colinbriensis episcopus cum autoritate prioris domni iohannis et canonicorum sedis sancte marie. Tibi martino archidiacono de illa marina quam habemus in isgueira in loco quem uocitant figueira. Donamus illam tibi atque concedimus ut illam restituises et reficias et habeas in uita tua. et nullus homo nec clericus nec leigus illam tibi áuferat. Et sciendum est quod illa marina fuit de pelagio frogiaz. et de diago monaco. In uita tua habeas illam ad integrum. Post mortem uero tuam, dimittas eam tali homini qui reddat inde suas quadras sedi sancte marie. Quisquis uero hoc nostrum factum irrumpere temptauerit sit maledictus et cum iuda traditore in infernum missus. quantumque auferre uoluerit in duplum tibi componat. Facta carta donacionis mense aprilis. E.^a M.^a C.^a LXX^a V.^a Ego bernardus episcopus in hac carta manus meas ro + boro. Qui presentes fuerunt — Petrus prepositus testis. Regnaldus diaconus testis. Martinus cidiz testis. honorigus testis. Gundisaluus romeu testis. Menendus presbiter testis. Pelagius seseriquiz testis.

Suarius presbiter manu sua notuit.

XIV

1146, Novembro, 15.

Doação feita por Gaíndo e por sua esposa Susana Salvador à Sé de Coimbra, das herdades que possuíam em Sá.

A. N. T. T. Livro Preto da Sé de Coimbra, Doc. de fl. 53, v.

Testamentum de sáá. quod gaindus et eius uxor testati sunt colimbrie sedi.

IN dei nomine.

Quum antjquitus ratum est auctoritate sanctorum canonum ius. cuiuslibet mortali uita comite de predijs suis hereditatibus atque possessionibus ecclesias dei per testamentum ditare, iccirco ego gaindus. et uxor mea susanna saluadoriz sana mente et prona uoluntate fecimus ecclesie sancte marie episcopalis sedis colimbrie. et clericis ibidem commorantibus de hereditate quam habemus in loco qui dicitur sáá. uidelicet tercia pars unius casalis. qui fuit de menendo eichigaz. et quinta pars alii casalis qui fuit de domno senteiro. hanc cartam testamenti. Damus et concedimus uobis supranominatas partes ipsorum casalium cum ingressu et regressu. cum montibus et uallibus. cum fontibus et pascuis. cum uineis et pomeriis. per ubj easdem partes potueritis inuenire. cum suis terminis antiquis. pro remedio animarum nostrarum, et regine domne tarasie de qua comparauimus supranominata hereditatem pro uno caballo apreciato in. C.XXX.^a brachales. et propter bonum seruicium quod illi feci.

Concedimus ipsas prefatas hereditates supranominate ecclesie. et canonicis eius post obitum nostrum nullo herede succedente. ut precibus sanctorum quorum ibi reliquie continentur adiutj. quod nostris meritis nequimus ualeamus adipisci. Si autem aliquis de filijs nostris. seu propinquis uel extraneis. cuiuscumque dignitatis uel persone contra hanc cartam testamenti insurgere presumpserit uel prefatorum casalium partes a supranominata ecclesia alienare temptauerit. non sit ei licitum ullo modo. sed pro sola temptatione quantum auferre uoluerit in quadruplum eidem ecclesie restituat de suis propriis facultatibus. et insuper sit maledictus. et digno anathemate constrictus. atque a liminibus sancte ecclesie sequestratus. et cum iuda traditore ceterisque diaboli membris habeat participium. nisi resipuerit. et ad satisfationem uenerit. Facta carta testamentj. XVII.^o Kalendas. decembris. Sub era M. C.^a LXXX.^a IIII.^a Ego supranominatus gaindus qui hoc testamentum iussi facere coram idoneis testibus roborauimus atque confirmauimus. et hoc signum fecimus + + —

Qui presentes fuerunt
Petrus dominici testis.
Pelagius lucifer testis.
Dominicus anaie testis.
Martinus paraentre testis.
Arias ihoannes testis.
Martinus sporarius testis.
Gunsaluus arnaldiz testis.

Petrus presbiter ihoannes adfuit.
Tellus presbiter adfuit.
Pelagius presbiter pataino adfuit.
Joannes presbiter petriz adfuit.
Petrus arias presbiter adfuit.
Dominicus diaconus adfuit.
Senior subdiaconus adfuit.

JHOANNES DIACONUS NoTuit.

XV

1166, Dezembro.

Doação feita por D. Afonso Henriques ao mosteiro de Santa Cruz de Coimbra.

Entre as propriedades doadas, mencionam-se Eirol, e Verdemilho.

A. N. T. T. *Livro de D. João Teotónio*, de Santa Cruz de Coimbra, fl. 38 [A].
Leitura utilizada: *Docs. Régios* (Acad. P. Hist.), pág. 374.

In nomine Sanctæ et Indiuidue Trinitatis Patris et Filij et Spiritus Sancti amen. Summum atque precipuum utilitatis genus cuique fore dinoscitur cum unusquisque diligenter sibi preuidet in futurum. Siquidem et «ullicus iniquitatis ideo a Domino in euangelio laudatur eo quod prudenter egisset», precauens ea que sibi uentura erant in extremo tempore. Preuidere autem temporalia quamuis unicuique bonum et utile est tamen cum preuidenter ea que post mortem nobis euenire possunt et precauentur hoc est summum et precipuum utilitatis genus. Si ergo bonum est et salubre unicuique ut sibi preuideat in futurum, multo maxime necessarium est regibus et consulibus principibus et potestatibus et omnibus qui in sublimitate sunt ut diligenter et studiose prouideant et subministrent sibi et posteris, posteris bona temporalia, sibi bona inuisibilia et eterna. «Omnis enim caro sicut fenum et omnis gloria ejus tanquam flos feni, exaruit fenum et flos eius decidit». «Omne itaque opus corruptibile ut ait Salomon in fine deficiet et qui operatur illud ibit cum ipso et omne opus electum iustificabitur et qui operatur illud honorabitur in illo». Et alibi in Libro Sapientia «Deus ab initio constituit hominem et reliquit eum in manu consilij sui.

Ante hominem uita et mors bonum et malum quod placuerit ei dabitur illi. Apposuit tibi aquam et ignem ad quod uoles porrigere manum tuam».

Hæc ego Alfonsus Dei gratia Portugalensium rex comitis Henrici et regine Tharasie filius magni quoque regis Adefonsi Hyspaniæ nepos, diligenter considerans et ualde pertimescens diem districti iudicij in quo retribuetur unicuique secundum quod gessit siue bonum siue malum, considerans etiam que et quanta beneficia contulit mihi omnipotens Dominus quomodo custodierit me a iuuentute mea usque in senectutem quomodo regnum mihi dederit et multo amplius dilatauerit et quomodo me incolumen in omnibus prelijs et negotijs conseruauerit, placuit michi dare in donarijs Domini quandam oblationem, uidelicet castellum Sanctæ Eolaliæ quod est in Anliada cum toto suo dominio. Inter cetera itaque donaria que iam contuli monasterio Sanctæ + , hoc quoque munus insuper addo. Consideraui enim bonum esse et utile animæ meæ et fratribus ibidem in perpetuum commorantibus, si hoc castellum Sanctæ Eolaliæ ipsi possiderent quod eis pro tempore et loco esset ad substentationem et defensionem eorum que ibi habent et ego eis dedi.

Dono itaque et confirmo predicto monasterio Sanctæ + uobis uidelicet domno Iohanni eiusdem ecclesiæ priori et fratribus ibidem in perpetuum commorantibus spontanea uoluntate et animo uolenti totum illud castellum Sanctæ Eolaliæ hereditario iure cum omnibus suis directuris et terminis et cum omnibus suis pertinentijs sicuti quando ea melius habuisse dinoscitur. Et ut hoc meum testamentum semper plenum robur obtineat, offero illud Deo et propria manu super altare Sanctæ Crucis cunctis uidentibus illud pono ut ab hac die et deinceps a meo iure et filiorum meorum sit abrasum et in uestro dominio sit traditum et confirmatum. Hoc autem facio totum pro remissione peccatorum meorum et ut in orationibus et beneficijs et elemosinis ejusdem monasterij semper partem habeam qualem per Dei misericordiam me inde spero habere et fratres ibidem commorantes semper mei memores sint et orent Dominum pro salute mea et filiorum meorum. Et est sciendum quod predictum castellum Sancte Eolalie eodem tempore quidam meus uassalus nomine Gomez Pelaiz tenebat a me in prestimonio. Vt autem idem uassallus meus, uidelicet Gomez Pelagij nullam rancuram haberet pro ablato sibi prestimonio, idem prior Sancte + domnus Iohannes cum fratribus suis iussu meo dederunt ei quasdam suas hereditates ut eas interim sic teneret quantum michi placuisset. Dederunt ei totam uillam suam de Sorenes superiore et quantum habebant in uillis istis, scilicet in Auriol et in Louri superiore et inferiore et in Ansegia et unum medium casalem qui fuit de Menendo Oseuiz in Villa de Milio, et etiam quantum habebant in ripa de Minio in Sancto Cipriano et in Balthasares ex parte comitisse domne Eluire Petri que fuit soror Sanctæ Crucis. Si qua igitur ecclesiastica secularisue persona siue filius siue nepos seu propinquus seu extraneus, sciens huius testamenti paginam, contra eam temere uenire uel in aliquo

minuere seu turbare presumpserit secundo tercioue commonita, si non congrua satisfacione emendauerit, sit maledicta et a domino Deo diuisa atque in extremo examine districte ultioni subiaceat et quantum dampni fecerit quadrupli [citer] uobis componat.

Cunctis autem hoc meum factum inuiolatum conseruantibus sit pax domini nostri Ihesu Christi quatinus hic fructum bone operationis percipiant et apud distritum iudicem premia eternæ pacis inueniant. Facta huius firmissimi testamenti carta mense Decembrio Era M.^a CC.^a IIII.^a, Ego rex Alfonsus qui hanc testamenti cartam facere iussi una cum filijs meis domno Sancio et sorore ejus domna Sancia coram meis baronibus roborauit et hoc sig + num feci. Qui presentes fuerunt:

Deo adiuuante et auxiliante ego Sancius rex hoc datum patris mei roboro et confirmo + .

Similiter ego Sancia regina hoc datum patris mei grato et perfecto animo roboro et confirmo + .

Ego Fernandus Alfonsi filius ejus confirmo. comes Velasco filius sororis ejus confirmo. Gunsaluus de Sausa curie dapifer confirmo. Petrus Pelagij vexillifer regis confirmo. Sancius Nuniz confirmo. Suarius Menendi confirmo. Suarius Venegas confirmo. Ermigius Menendi confirmo. Velasco Fernandi confirmo. Petrus Fernandi confirmo. Petrus Velio confirmo. Suarius Diaz confirmo.

Cerueira pretor Colimbrie testis. Martinus Anaia testis. Fernandus Gunsaluiz testis. Saluador Gunsaluiz testis. Gunsaluus Gunsaluiz testis. Petrus Nuniz testis. Pelagius Petri testis. Petrus Venegas iusticia testis. Michael Garsia economus Colimbrie testis. Suarius Diaz iudex Colimbrie testis.

Magister Albertus cancellarius.

(sinal) PORTVGAL.

XVI

1168, Novembro.

*Doação feita por vários proprietários de Aveiro à Sé de Coimbra.
Marinhas de sal no Esteiro e no termo de Aveiro.*

A. N. T. T. Livro Preto da Sé de Coimbra, Doc. de fl. 13.

Testamentum quod fecerunt homines de aaueiro de suis marinis, ad
canonicam sancte marie.

In nomine patris et filij et spiritus sancti.

Hec est Karta testamenti quam fecimus nos homines de aaueiro colimbriensi sedi sancte marie. de propriis marinis nostris de sale quas habemus in termino de aaueiro. ut ibi sint ad sustentationem clericorum ibidem comorantj. et ad adiutorium operis. et edificatjonis ipsius ecclesie. et hoc facimus prono animo. et bona uoluntate. nullo homine cogente. sed pro remedio animarum nostrarum speramus et enim per hoc feces nostrarum. facinorum exuri. et partem bonarum. orationum que ibi fiunt apud deum consequi. In primis, ego martinus ihoannis. et uxor mea maria suariz. damus IIII.^{or}. talios predicte sedi. qui sunt in cima de steiro. in marina de curno. in ipso medio. Suarius bibi. et uxor mea maria petriz. damus unum talium in ipsa marina grandi in ipso capite iuxta petrum gundisalui. et menendum ihoanis. Pelagius maurel. et uxor mea ausinda uermuiz. damus duos talios qui sunt in ipsa marina grandi in cima de ipsa marina iuxta petrum cidi. Vermudus tedoni. et uxor mea eldora hoegiliz. damus duos talios in marina de sáa de domno uermudo et in fundo de marina contra traueseiro. Petrus uermuiz. et uxor mea maria pelaiz damus unum talium in ipsa marina grandi. de petro uermudi dalberon. Fernandus uermuiz. et uxor mea ausinda menendi. damus unum talium in ipsa marina de maruila in medio eius. Ego ausenda sesnandi do unum talium in illa marina de barqueira. ut habeam illum in uitam meam. post mortem uero meam, remaneat integer predicte sedi. Et dum uixerim reddam per singulos annos duos modios de sale de ipso talio iam dicte sedi. Igitur ab hac die in perpetuum ecclesia colimbriensis sedis, habeat predictos talios de marinis. firmiter. et possideat semper. Quicumque uero de extraneis uel de propinquis uenerit qui hoc testamentum a predicta sede extraneare uoluerit, non sit ei licitum. sed pro sola temptatjone sit maledictus. et excommunicatus. et in inferno dampnatus. et quantum auferre uoluerit a predicta sede tantum ei in duplo componat. et domino terre aliud tantum. Facta carta testamentj et firmitudinis mense nouembRis. ERA M.^a CC.^a VI.^a Nos uero iam dicti homines de ááueirio qui hanc cartam

testamenti fecimus, coram idoneis testibus roborauimus et hec signa fecimus + + + + + + + + + + + Qui presentes fuerunt.

Martinus óóriz testis. Domnus rohol testis. Saluador zauelia testis. Petrus cidiz promittit dare unum modium de sale quandocumque fecerit sale. Suarius menendis testis. Suarius dadauo testis. Jhoannes caluus testis. Mendus aniol testis. Petrus cidi testis. Gomez testis. Gunsaluus maciana testis. Godinus caluus presbiter audiuit. Fernandus uermuiz testis. Martinus Notuit.

XVII

1174, Dezembro.

*Doação feita por D. Afonso Henriques ao mosteiro de Lorvão.
Uma das propriedades doadas foi Verba.*

A. N. T. T. cartório de Lorvão, m. 5. doc. 12. Leitura utilizada: *Docs. Régios* (Acad. P. Hist.), pág. 422.

In nomine Sancte et Indiuidue Trinitatis Patris et Filij et Spiritus Sancti amen. Antiqua temporis institucione et iurius debito racionabilis consuetudo penes omnes emersit ut factorum series successuum numerus fortunarum euentus scripto comendentur comendata ab hominum memoria ne decidant et omnibus preterita consistant presentia.

Et ideo ego Alfonsus Dei gratia Portugalensium rex una cum filiis meis rege domno Sancio et regina domna Tarasia facio cartam testamenti et perpetue firmitudinis monasterio Laurbani et sanctis quorum ibi oratoria et reliquie consistunt, scilicet Sancto Mameti et Sancto Pelagio Sanctoque Martino, de duabus villis quas habemus, scilicet de Verua et de Perranes. Testamur itaque offerimus atque damus Deo et predicto monasterio Laurbani et prefatis sanctis quorum ibi consistunt oracula ambas predictas villas Veruam uidelicet et Perranes cum omnibus suis terminis et iuribus et pertinentiis, pietatis et elemosine intuitu, ut sint ibi in perpetuum in sustentacionem monachorum et in ceteros usus monasterii profuture. Habeat itaque predictum monasterium uillas ambas prenominatas in perpetuum iure hereditario cum omnibus suis terminis antiquis per ubi melius et prout melius eos inuenire poterit. Si quis uero quod fieri non credimus hoc nostrum factum irrumpere temptauerit habeat licentiam abbas domnus Iohannes cui et cuius tempore testamentum hoc fecimus reclamandi et appellandi ipse et omnes successores sui et insuper quicumque temerator extiterit sit maledictus et excommunicatus et a consorcio Sancte Ecclesie segregatus.

Facta carta testamenti et perpetue firmitudinis in ciuitate Colimbrie mense Decembri Era M.^a CC.^a XII.^a Ego uero rex domnus Alfonsus et ego filius eius rex domnus Sancius et ego filia eius regina domna Tarasia qui hanc cartam iussimus facere propriis manibus nostris roborauimus et signa he + + + c fecimus.

Iohannes Braccarensis archiepiscopus confirmo. Michael Colimbriensis episcopus confirmo. Godinus Visensis episcopus confirmo. Godinus Lamecensis episcopus confirmo.

Petrus Fernandiz regis Sancij dapifer confirmo. Menendus Gonsalui eiusdem signifer confirmo. Fernandus Episcopus testis. Gonsaluus Fernandiz testis. Nuno Goterriz testis. magister Iohannes vidit.

Petrus Fasion regis cancellarius confirmo.

(sinal rodado) REX DOMNVS ALFONSVS. REX DOMNVS SANCIVS. REGINA DOMNA TARASIA CONFIRMANT.

XVIII

1176, Abril.

*Doação feita por D. Afonso Henriques ao mosteiro de Lorvão.
Referências a Verba, Valado, Taboeira e Kacia.*

A. N. T. T. cartório de Lorvão, m. 5, doc. 27. Leitura utilizada: *Docs. Régios* (Acad. P. Hist.), pág. 428.

In Dei nomine et eius misericordia.

Hec est carta testamenti siue donationis et perpetue firmitudinis quam iussi facere ego rex domnus Alfonsus una cum filio meo rege domno Sancio et uxore eius regina domna Dulcia et filia mea regina domna Tarasia, ad honorem Dei et Sancti Mametis et aliorum sanctorum quorum reliquie in monasterio Laurbanensi habentur, uobis domno Iohanni eiusdem monasterii abbati et fratribus ibidem Deo seruientibus, de tribus uillis nostris, quarum una uocatur Perranes quomodo diuidit per fluium Certome et protenditur usque ad terminos uille de Verua. Altera uero uilla uocatur Verua quomodo diuidit cum terminis proximis ad Valadi. Alia uero uocatur Tauoeira quomodo concluditur infra terminos de Kacia.

Damus atque concedimus uobis et cunctis successoribus uestris iure perpetuo abendas sicut nos eas melius abuimus, ob remedium animarum nostrarum, attendentes illud quod dicitur «Tesarizate uobis tesauros in celo» et cetera. Et illud «Quod uni de minimis meis fecistis mihi fecistis». Ab hac

itaque die de iure nostro sint abrase et in uestro et uestrorum sucessorum iure et dominio sint tradite et confirmate in perpetuum. Quod si aliquis uenerit qui hoc nostrum factum uiolare temptauerit non sit ei licitum per ullam assertionem sed pro sola temptatione reddat uobis eas duplatas et quantum fuerint meliorate et domino terre aliud tantum. Et insuper sit maledictus et excommunicatus et cum Iuda traditore in inferno dampnatus. Ego autem supra dictus rex Alfonsus una cum filio meo rege Sancio et uxore eius regina Dulcia et filia mea regina Tarasia qui hanc cartam iussimus facere cum manibus nostris roborauimus et hec signa fecimus.

Facta carta mense Aprili Era M.^a CC.^a XIII.^a

(Sinal) Ego rex Alfonsus manu mea confirmo. regina Tarasia filia ipsius confirmo.

(Sinal) Ego rex Sancius confirmo. ego regina Dulcia vxor istius regis confirmo.

Michael episcopus Colimbrie uidit et laudauit, Godimus episcopus Lamecensium uidit, Godinus archiepiscopus Brachare uidit, Fernandus electus Portugalis uidit.

Menendus Gunsaluiz uidit, Svarius Menendiz uidit, Gunsaluus Gunsaluiz uidit, Velascus Fernandez uidit.

Petrus Saluadoriz testis. Nicholaus testis. Didagus Teliz testis.

Magister Iohannes testis. Petrus Feigion testis. Nunus Goterriz testis.

(Sinal) Abbas Iohannes notuit per iussum Alfonsi regis.

XIX

1181, Agosto.

Carta de foral outorgado a Arada pelo prior do mosteiro de Santa Cruz de Coimbra.

ARQUIVO PARTICULAR DA CASA ROCHA MADAHIL, de Ilhavo. Certidão de 1811.

Notum sit tam præsentibus quam futuris quod ego Donus Ioanes Sanctæ Crucis Prior cum fratribus meis facio cartam fori hominibus nostris de Erada et de terminis suis et do illis tale forum ut quicumque de novo ruperit terram nostram et laborauerit in ea panem vel plantauerit vineas det inde nobis octavam partem uidelicet tam de pane quam de vino et det nobis octavam partem de lino e de cœpis et de alis et de omnibus leguminibus si ea ibi habuerit. Similiter det nobis de venda de habere octavam partem et factum suum remaneat semper com isto foro scilicet cum octava parte.

Facta fuit carta fori et firmitudinis Mense Augusti era milesima du-
centesima decima nona.

Qui præsentes fuerunt Dominicus Diaconus notavit Pelagius Ioanes
Præsens Sanctæ crucis canonicus Donni Pascasius testis Petrus Fusori Mr.
de Aveiro Scribanus Regius testis. Pl. Roleiro Conversus Sanctæ Crucis Fra-
ter Fernandus Portarius Sanctæ Crucis testis Menendus Ioanes clericus de
Loures Magister Prior de Erada Pax et veritas in diebus nostris. Amen.

XX

1182, Novembro.

*Hipoteca feita por João Peres e sua mulher Bona Vermuiz ao mosteiro
de Lorvão da herdade que possuíam em Eixo.*

A. N. T. T., cartório de Lorvão, m. 6. Doc. n.º 2.

Noscant omnes homines qui hanc cartam legere audierint quod ego
ihoannes petriz et mea mulier bona uermuiz mittimus in pignores heredi-
tatem quam habemus in hexo totam scilicet abbati Johanni laurbanensis
monasterii. et ad omnes fratres ibidem commorantibus. pro XL^a morabi-
tinos. de ianuario. in ianuario, quomodo nos eam melius abuimus. Si aliquis
homo in eam nobis contrarium facere uoluerit uos defendite illam nobis
sicut est consuetudinem terre. Sin autem tunc constricti A domino terre
ut detis nobis nostros morabitinos.

Facta carta pignorum mense nouembris.

Qui presentes fuerunt. Petrus francus. testis. Stephanus presbiter. testis
Gunsaluus diaconus. testis.

Dictu et fectu testis. Petrus diaz mancipio qui cum eis ambulabat testis.
Johannes scripsit. Era. M.^a CC.^a XX.^a

XXI

1183, Maio.

Carta de venda feita por Godinho Soares e sua mulher Maria Soares ao mosteiro de Lorvão das herdades que possuíam no termo do Vouga.

Entre elas, casais em Eixo, Vilarinho, Taipa e Valado.

A. N. T. T., cartório de Lorvão, m. 6, Doc. n.º 13.

In domini nomine Hec est carta uenditionis et Firmitudinis quam iussimus Facere ego godinus Suaríj. et uxor mea maria Suaríj. uobis abbati ihoani laurbani. et omnibus Fratribus ibidem commorantibus presentibus et futuris. de quanta hereditate habemus in termino de uouga. in locis nominatis scilicet. In eyxo, unum casalem. Et in uilarino, unum casalem. In atápia, unum casalem. In ualadi, unum casalem. In trauazóó, unum casalem. Vendidimus et concessimus uobis ipsos casales supradictos sicuti nos illos unquam melius et liberius habuimus, pro precio quod a uobis accepimus scilicet centum morabetinos. quia tantum nobis et uobis bene complacuit et de precio apud uos nichil remansit in debitum.

Habeatis ipsos casales firmiter cum suis terris ruptis et inruptis. montibus et uallibus. aquis et pascuis. et marinis. per ubi illos melius potueritis inuenire. Et si nos uel aliquis de nostris propinquis uel de extraneis hoc nostrum factum irrupere uoluerit, pro sola temptatione quantum inquisierit, tantum uobis in duplum componat. et quantum fuerit melioratum. Et domino terre aliud tantum. et iudici suum iudicatum. Et si nos illos uobis in concilio auctorizare non potuerimus uel noluerimus, tunc simus constricti a domino terre donec reddamus uobis illos duplato et quantum fuerint meliorati. huiusmodi illos habeatis cum molendinis et cum quanto nos ibi habuimus firmiter.

Facta carta mense magíj. Era. M.^a CC.^a XXJ.^a Nos uero supranominati qui hanc cartam facere iussimus, propríis manibus et hec sig + + na fecimus.

Testes sunt qui adfuerunt.

Pelagius lupus testis. Pelagius pelaiz testis. Mouram testis.

Martinus matamuus testis.

Martinus gonzaluis testis. Petrus pai testis. Johannes petri testis.

Don iordam adfuit. Menendus Jaeiz adfuit. Don suarius debotum adfuit. Cercarius adfuit.

Petrus notuit.

XXII

1185 a 1211.

Foral dado pelo mosteiro de Lorvão aos habitantes de Taboeira.

A. N. T. T., cartório de Lorvão, m. 7, Docs. 25 e 26.

In nomine domini nostri ihesu christi. amen.

Hec est Karta. Firmitudinis quam ego domnus abbas alfonsus et fratres Lourbanensium iussimus facere uobis omnibus habitatoribus in nostra uilla de tauoeira. tam presentibus quam futuris. ut omnibus hominibus qui eam audierint cognoscatur. Scilicet mandamus et confirmamus per istam Kartam ut de quantum cumque manibus suis laborauerint et plantauerint et edificauerint. Sextam partem cum ueritate ad monasterium dent. et Suas directuras Sicut Semper dederunt et Suos Foros. Sed Siquis ex ipsis habitatoribus istius uille istam Kartam et istum forum complere noluerit et aliquod contrarium ad monasterium fecerit, perdat hereditatem et quantum plantauerit. et fecerit. Similiter Si alius abbas aut fratres monasterium uoluerit ad eos habitatores istam Kartam corrumpere. Faciant eos constringere regia potestate et pectent. D. Solidos. Ego abbas et fratres qui hanc. Kartam iussimus facere. uobis habitatoribus de tauoeira proprijs manibus R + + + obo R + + + amu + + + S. coram testibu—s.

Qui presentes fuerunt et uiderunt (*sic*)

In tempore Sanchij Regis. et filiorum ejus Regis. Afonsus. Regis. Petrus. Regis. Fernandus.

A B C D E F G H J K L

XXIII

1187, Abril, 27.

(em pública forma de 4 de Julho de 1306)

Carta de escambo da vila de Aveiro pela de Avô, feito por D. Sancho I a D. Urraca Afonso.

A. N. T. T., ch. de D. Dinis, Liv. 5.º, fl. 69.

Tralado da carta per que elRey don Sancho primeyro deu a dona Orraca affonso a Vila de Aueyro, por Auóó.

JN nomine dominj. Amen.

Nouerint vniuersi presentis instrumentj seriem inspecturj. quod sub Era. M.^a CCC.^a quadragesíma quarta. videlicet. quarta díe mensis Julij. apud Cíuitatem vlixbonensem coram Reuerendo patre domino Johanne miseracione diuina vlixbonensi Episcopo. In presentía mej Laurentij iohannis publicj Tabellionis predictæ Cíuitatis et testíum subscriptorum. Alfonsus martinj Vice cancellarius Jllustrissímj dominj Dionisij Dej gratia Regis portugalíæ et Algarbij. ostendít publicari et legí feci quandam Cartam cujus tenor talis est.

In dej nomine. Hec esta Carta mutacionis et firmitudinís. quam ego Santíus dej gratia. portugalíæ Rex una cum Vxore mea Regina domna Dulcia. et filijs meis Rege domino. Alphonsus. et Rege domino. Henricus. et filiabus meis. Regína domna Tharasia et Regina domna. Sancia. facio uobis domne Orrace alffonsi de illa villa que uocatur Aaueyra. quam damus uobis per illa alia villa que uocatur Auóó. Damus itaque uobis atque concedimus eam, iure hereditario in perpetuum possidendam. Habeatis itaque uos domna vrraca, prefatam villam de Aaueyro et filij uestri. et vniuersa proles que ex uobis subsequatur in cunctis temporibus seculorum. remotis filijs dominj Petro Alffonsi. quos ab alía vxore suscepit, uel susceperit et cautamus eam uobis cum omnibus suis terminis nouis et veteribus. Sitque uobis lícitum donare et vendere illam. et facere de ea quicquid uobis placuerit. Quicumque uero hoc nostrum factum frangere uoluerit, sit maledictus a deo Amen. Similiter quicumque cautum uestrum contra uelle uestrum disrumperit, pectet uobis. duos. solidos probate monete. ffacta carta. v.º Kalendarum. Maij. In Era M.^a CC.^a XXV.^a Nos supranominatj Reges quj hanc cartam fierj iusimus, coram testibus roboramus.

Domnus Menendus gonsaluj Maiordomus curíe testis.

Domnus. P. fernandj. confirmo.

Domnus. Alfonsus ermigíj confirmo.

Domnus. Stephanus egee confirmo.
Domnus. P. odorij confirmo.
Domnus Aluarus martinj dapifer Regis testis.
Egas pelagij testis.

(*Sinal rodado*) Rex dominus Santius Regina domna Dulcía Rex dominus Alffonsus Rex dominus henrrícus Regina domna Tharasía Regina domna Sacía.

T. Bracharensis Archiepiscopus confirmo.
M. portuensis. episcopus confirmo.
M. Colimbriensis episcopus confirmo.
J. Vesensis Episcopus confirmo.
G. Lamecensis episcopus confirmo.
S. vlixbonensis. episcopus confirmo.
Pl Elborensis confirmo.

Julianus Notarius Curíe

Qua perlecta et publicata, prefatus Alfonsus martinj petijt. nomine dictj dominj Dionisij Regís a prefato domno Johanne Episcopo Vlixbonensi quod prestaret michj predicto tabellionj auctoritatem suam ordinariam redigendj eam in publicam formam. et darem in sibj publicum instrumentum. Actum. Era. mense die et loco superius nominatis.

Presentibus. Alffonso fernandj thesaurario. Alfonso pelagij Magistroscolarum. Magistro Petro Canonico vlixbonensi Johanne martinj capellano. Menendo rodericj. ffrancisco iohannis Clericis dominj Episcopi. Et ego Laurentius iohannis Tabellio prenomínatus de mandato et de actoritate ordinaria predictj dominj episcopi mihi concessa. et ad petitionem dictj Alffonsi martinj, predictam Cartam in hanc publicam formam redegeg. et ex inde hoc publicum instrumentum propria manu conscripsi meoque signo solito consignauj quod tale (*sinal do tabelião*) est.

XXIV

1188, Abril.

Carta de emprazamento das vinhas de Arada, feito pelo prior de Santa Cruz de Coimbra aos seus foreiros daquele lugar.

ARQUIVO PARTICULAR DA CASA ROCHA MADAHIL, de Ilhavo. Certidão de 1811.

Sub Christi Nomine et ejus Misericordia.

Notum sit omnibus hominibus tam præsentibus quam futuris quod ego Petrus Sanctæ Crucis Prior cum consensu Canonorum meorum facio cartam de foro nostris hominibus de Erada ut faciant et plantent ibi vineas et quando ipsæ vineæ vinum dederint de ipsis vineis nobis per singulos annos Septimam partem de vino persolvant et si forte aliquis inde videlicet de ipsa villa nostra exire voluerit vendat quodcumque fecerit nostro homini vel homini qui voluerit habitare in ipsa nostra hæreditate qui forum compleat et dent nobis Septimam partem de vino Si autem sine nostro mandato aliquis inde exierit perdat quodcumque ibi habuerit; hoc autem forum eisdem habitatoribus ideo facimus ut ipsi Semper sint nobis fideles et obedientes et dent nobis partem Septimam de vino bene et in pace.

Facta itaque carta de foro Mense Aprilis era milesima ducentesima vigesima sexta.

Ego Petrus Sanctæ [Crucis] Prior confirmo. Joanes Presbiter testis. Ioanes Fraile Præpositus vidit, fiat pax et veritas in diebus nostris.

XXV

1192, Julho.

Doação feita por Mendo Achia e sua mulher Maria Pais ao mosteiro de Lorvão, do qual tinham recebido o castro de Cacia para povoar.

A. N. T. T., cartório de Lorvão, m. 6, Doc. n.º 39.

A B C D E F G H H J K

Noscant omnes homines qui hanc cartam legerint uel audierint quod ego Menendus achia et uxor mea maria pelaiz facimus uobis abati domno affonso et fratribus laurbani pactum de nostros corpos et filij et neti. et de nostras marinas medietates. et de auer mobile. iij.^a parte. ad obitum nos-

trum. Ideo facimus uobis isto pacto pro ipso castro de cacia qui nobis datis ad populare intus et foris per ubi potuerimus plantare. edificare. et dare inde uobis. vi.^a et de uinea. viij.^a et de alias directuras dare sicut de uilla. Et si uendere uoluerimus, uendamus tali homini qui faciat uobis isto foro. similiter de precio quod accepimus, vi.^a parte uobis dare. Idcirco facimus ut simus ab hinc ego et mulier uestros familiares. et habere rationem quando uenerimus ad monasterium. et filij. et neti. ad obitum uenire ad monasterium. Et quicumque primus obierit qui uiuus fuerit teneat ipsa medietate de illas marinas de illo qui obierit et det inde ad monasterium de fructu semper medio morabitino propter cognitionem. ad obitum uero amborum sint ipsas marinas liberas de monasterio. Si ego aut uxor mea hoc pacto exierimus quantum nobis datis et nos fecerimus totum perdamus et nobis dabitur. J. morabitinum.

Ego Menendus achia et uxor mea maria pelaiz uobis abati et fratribus laurbani in hac. Karta. proprijs manibus roboramus et hec signa + + facimus.

Facta carta In mense. Iulio. Qui uiderunt et presentes fuerunt.

Prior. Petrus Johannes. Dominicus iohanes. Era. M.^a CC.^a XXX.^a

Gunsaluus menendiz de cacia. Petrus. notuit.

XXVI

1194, Agosto.

Testamento de Pedro Peres Farinha, de Cacia, ao mosteiro de Lorvão.

A. N. T. T., cartório de Lorvão, m. 7, Doc. n.º 4.

In dei nomine, Hec est manda quam ego petruz petriz fairina de cazia iubeo dare pro anima mea ad monasterium sancti mametis. ad obitum meum, dent de meo habere. X. morabitinos. si mortuus fuero sine filijs, dent. xij. morabitinos. siue habere. uel hereditate. uel in marinis.

Facta carta et roborata, mense augusti. Era. M.^a CC.^a XXX.^a IJ.^a

Qui presentes fuerunt. Johannes clericus de cazia testis.

Domnus fructuosus de colimbria testis. Abadino testis.

Dominicus testis. Julianus testis.

Beniamin Notuit.

XXVII

1200-1201.

Depoimentos na inquirição de testemunhas acerca dos litígios suscitados entre o Cabido da Sé de Coimbra e o mosteiro de Santa Cruz daquela cidade, no séc. XII. Referências a Aveiro, Esgueira, Arada e Verdemilho.

A. N. T. T. Leitura utilizada: *Documentos falsos de Santa Cruz*, do Dr. Rui de Azevedo, págs. 74 e 88.

Reuerendissimo patri ac domino I. dei gratia Sacrosancto..... pontifici. M. abbas de Alcobacia e P. de Seiza et F. Alcobacie monachus debite subiunctiones..... inter ecclesiam colimbriensem et monasterium Sante Crucis. ut testes reciperemus super nouis articulis..... scintas uestra. Quorum supradicti atestationes pro ut in mandato continebatur sub sigillis nostris per fidelem.....monacum ordinis de Calatraua eclesitudini uestre transmittere curauimus.

Hec sunt attestationes canonicorum Sancte Crucis super querimonias canonicorum Sancte Marie

Petrus Iohannis adiuratus dixit quod decimas habent priuilegiatas et per priuilegium obtinent eas. De parrochia capelle Sancti Iohannis dixit sicut Gunsaluus Capicialbus. De parrochia Sancte Iuste dixit sicut Gunsaluus Garsias. Dixit etiam quod hereditates et uineas quas habent fratres Sancte Crucis unde canonici Sancte Marie conqueruntur adquisierunt quasdam earum sibi comparacione. quasdam bonorum hominum qui ibi requiescunt testamento. De decimis de Eiras dixit quod illa hereditas fuit domini regis et populauit eam et accipiebat decimam pro ratione et dedit eam fratribus Sancte Crucis. qui forum illud similiter ab ea accipiunt. De domibus Porte Noue dixit se nescire quanto fuerit. sed uero scit quod mandato domini regis comparauerunt eas ab hominibus qui erant parrochiani Sancte Marie. De ecclesia de Quiaios dixit se scire quod episcopus dominus Iohannes dedit eam in prestimonium Iohanni Tedonii. Quo episcopo defuncto successor eius requisit eam. Iterum dixit quod ecclesiam de Sancto Romano semper uidit esse possessionem Sancte Crucis. et dominus Micahel episcopus ad preces fratrum consecrauit eam cum suis canonicis. Iterum dixit quod ecclesiam Sancti Sebastiani fuit cella heremite cuiusdam et cum esset in termino Sancti Romani miserunt in eam fratres Sancte Crucis fratrem suum. et tenuerunt eam. episcopus tamen eam requirerat (?) Dixit etiam quod ecclesia Sancte Marine fuit similiter cella cuiusdam heremite et erat in hereditate cuiusdam clerici

qui assumpsit habitum Sancte Crucis. et dedit hereditatem illam fratribus illis. De ecclesia de Taauero dixit quod fratres Sancte Crucis populauerunt uillam illam et fundauerunt ecclesiam. Iterum dixit quod in loco illo qui dicitur Sanctus Facundus fuit cella heremitica et fratres Sancte Crucis adquisierunt hereditatem cum cella heremitica et populauerunt locum illum et fundauerunt ecclesiam. De Arganil dixit quod fratres Sancte Crucis nichil inde recipiunt nec habent eam pro sua quamuis ibi moretur suus frater qui se composuit cum heredibus illius ecclesie. Hereditates de Monte Maiore habent sicut et ceteras hereditates de Colimbria. Lecenam populauit dominus rex et dedit ecclesiastica iura fratribus Sancte Crucis cum terminis eiusdem loci. Decimas de Cadima. de Sorenes. de Erada. de Uilla de Milio e de omnibus marinis que sunt in illis partibus. et de Fiscal et omnium possessionum que sunt in Colimbria et in terra de Sancte Marie et in terra Sene et in Couilliana et in terra de Uouga et de Aguaada et de Auelanas et de Aauero et de Isgueiro habent sicuti et ceteras decimas de Colimbria. Lauaos dedit rex fratribus Sancte Crucis et populauerunt uillam et fundauerunt ecclesiam. De Eimeidi dedit illis dominus rex mediam et mediam comparauerunt. Buarcos est in termino de Aliada similiter et Casseira. Sanctus Uerissimus est cella heremitica et nichil inde fratres accipiunt. Similiter et Sanctus Pelagius. Hereditatem de Cadima tenebat Rodericus monachus ex beneficio Sancte Crucis. Quo defuncto habuerunt fratres hereditatem suam. Scit etiam quod episcopus dominus Micahel assumpsit habitum Sancte Crucis sed ignorat quanta bona secum attulerit episcopo domino Vermudo contradicente. Iterum scit quod Petrus Bozon quando uoluit intrare domum Sancte Crucis dedit episcopo domino Micahele unum uas argenteum cum multis nummis et unum equum et mandato suo uenit ad Sanctam Crucem nullo contradicente. Vinea Dominici Razioneide de Monte Rubeo erat parua et paruuum ualens et dedit eam fratribus Sancte Crucis nullo contradicente. Homines de Abuzifros dant decimam ecclesie de Taauero. Dixit etiam quod nunquam uidit ire fratres Sancte Crucis ad processionem Sancte Marie. Iterum dixit quod homines illi quorum corpora in Sancte Cruce requiescunt quidam eorum ibi dederunt multa bona quidam pauciora.

XXVIII

1203, Junho.

Testamento feito por Fr. Pedro de Vouga ao mosteiro de Lorvão, de 15 talhos de marinha que possuía na marinha da Figueira da fonte de Esgueira.

A. N. T. T., cartório de Lorvão, actual m. de 33 docs., cx. 62.

JN nomine. domini nostri ihesu christi.

Ego frater Petrus de uouga facio cartam testamenti de me et de mea hereditate. id est. quindecim talios de marinas que habeo in a marina da figeira de fonte d]sgeira testo et mando et corpus meum propter amorem domini mei ihesu christi. et Sancti Mametis et sanctorum qui ibi altaria sunt consecrate. et propter amorem abbatis domnj afonsi et fratrum eius. et hec sunt termini eius. contra aquilonem marina de iohanne salute. contra Africo marina de petro uouga iuxta stereo de pastores. Ideo facio ut me contineant in uictu et uestitu et faciant mihi sicut uni ex fratribus monasterij.

Sed si de ista marina non potuerint laborare de monasterio dent illa cui uoluerint. sed ante tantum pro tanto, meis propinquis. pro suo directo facere. Et qui ista hereditate demandare uoluerit tam propinquis seu extraneis quantum demandauerit tantum in quadruplum componat. et mille. soldos. Ad monasterium. et factum meum habeat roborem.

Facta Karta in mense Jvnio. ERA. M.^a CC.^a XL.^a 1.^a Ego Petrus de uouga qui hunc testamentum iussi facere coram testibus propria manu r—obor—o.

Qui uiderunt. Monius. presbiter. Stefanus. presbiter. Johannes presbiter. Menendus presbiter. Garsia. presbiter. Johannes. testis. Gunsaluo diaz de penacoua qui tunc hic erat. testis. et Johannes aluiteiz testis. et Menendus martiniz testis. Petrus. iohannes. testis. Petrus. testis. Afonsus. testis. Johannes pelaiz. testis. Menendus moníjz. testis. Johannes gaio. testis.

PETRUS. SVERIJ. PRIOR Notujt.

XXIX

1209 ou 1229

*Rol das igrejas do Bispado de Coimbra de padroado régio.
Entre elas, as de Aveiro, Arada, Esgueira, Cacia, Eixo e Requeixo.*

A. N. T. T., *gav.* 19, m. 14, n.º 7.

Haec sunt ecclesiae totius episcopatus portugalliae

Era 1247

Rol de varias Igrejas de que ElRey he Padroeyro nos Bispados do Porto,
Lamego, Tuy, Coimbra, e Lisboa.

Feito na Era de 1267.

.....
Hee sunt Ecclesiee totius Episcopatus Colimbrie. Et primo hee sunt un-
de dominus rex est patronus.

ecclesia De Figueiredo
ecclesia De Auranca
ecclesia De Valmaiori
ecclesia De Macinata
ecclesia De Vauga
ecclesia De Valongo
ecclesia De Alcarouui
ecclesia De Couelhas
ecclesia De Sagadaes de media est patronus
ecclesia De Requeixo
Sancta Maria De Vaagos
ecclesia De oes medietas est inde Regis
ecclesia De Agada
ecclesia De Sangalios
ecclesia De Carualaes
ecclesia De Auelanis de Susanis
ecclesia De Sancto Lauretio
ecclesia De Arcos
ecclesia De Cantanedi
ecclesia De Tentugal
ecclesia De pereira
Et de omnibus Ecclesiis montismaioris
ecclesia De Sauri
Omnes De Penela ecclesie sunt regis

ecclesia De Miranda
ecclesia De Arauci
ecclesia De Pena Coua
ecclesia De Pedrogano
ecclesia De Figueiroo
ecclesia De arega
ecclesia De Trauanca
De omnibus Ecclesiis de terra de Sena
ecclesia De Couas
ecclesia De auoo
ecclesia De Sandi
ecclesia De Azar
ecclesia De Lagos
Monasterium De Pera
ecclesia De bouaudela
Monasterium De Sancta Cruce
Monasterium De Sancto Georgio
Monasterium De Iorbano
Monasterium De Seiza

Ecclesie De Eodem episcopatu Colimbriensi

Sanctus Saluator De Figueiredo
Sancta Marina De Palmaz
Sancta Maria De Ossela
Sanctus Petrus De Castelaos
Sancta Maria De Villa plana
Sancta Maria De Coucieiro
Sanctus Saluator De Regi
Sanctus Johannes De Zopelos
Sanctus Petrus De Juncqueira
Sanctus Jacobus De Coual
Sanctus Saluator De Carragosa
Sanctus Martinus De Sarleu
Sanctus Jacobus De Fermeláa
Sanctus Johannes De Louri
Sancta Marina De Alcarouuil
Sanctus Christoforus De Maciata
Sanctus Petrus De Valongo
Sancta Maria De Lamas
Sanctus Saluator De Couelias
Sanctus Petrus De Sagadaes
Sanctus Michael De Trauazóos

Sanctus Pelagius De Requeixo
 Sanctus Adrianus De Oes
 Sancta Maria De Spinel
 Sanctus Michael De Recardaes
 Sancta Eolalia De Agada
 Sanctus Mames De Castineira
 Sanctus Petrus De Auelanis de Susanis
 Sanctus Concauado De Carualhaes
 Sanctus Pelagius De Arcos
 Sanctus Michael De Villa noua
 Sanctus Laurentius De Sancto Laurentio
 Sanctus Michael De Valarino
 Sanctus Vincencius De Galias
 Sanctus Stephanus De Vlueira
 Sanctus Martinus De Aagada
 Sancta Eolalia De Agada de Susana
 Sanctus Martinus De Casale de Columba
 Sanctus Petrus De Tamengos
 Sanctus Andreas De Oeos de barrio
 Sancta Maria De Ventosa
 Sanctus Johannes De Cipiís
 Sanctus Martinus De Mortedi
 Sanctus Ysidorus De Exo
 Sanctus Julianus De Catia
 Sanctus Andreas De Isgeira
 Sanctus Michael De Ááueiro
 Sanctus Felix De Eirada
 Sanctus Saluator De Jlauo
 Sanctus Jacobus De Váágos
 Sancta Maria De Váágos
 Sanctus Michael De Soza
 Sanctus Petrus De Cantonhedo
 Sancta Maria De Cadima
 Sanctus Petrus De Arazedi
 Sancta Maria De Outil
 Sanctus Tomaz De Mira
 Sanctus Mames De Quiaios
 Sanctus Julianus De Tauaredi
 Sanctus Petrus De Alada
 Sanctus Saluator De Aladia
 Sancta Maria De Sancta Eolalia
 Sanctus Saluator De Lauaos

Sanctus Martinus De Montemaiore
Sanctus Johannes De Montemaiore
Sancta Maria De Montemaiore
Sanctus Michael De Montemaiore
Sancta Maria De Montemaiore. Magdalena
Sanctus Saluator De Montemaiore
Sancta Maria De Samuel
Sanctus Iacobus De Laurizal
Sanctus Martinus De Ceitedi
Sancta Maria De Tentugal
Sanctus Julianus De Portunhas
Sanctus Mames De Bolón
Sanctus Martinus De Campo
Sanctus Stephanus De pereira
Sanctus Andreas De Sancto Romano
Sanctus Petrus De Seabal
Sanctus Petrus De Condexa Uela
Sancta Maria De azernachi
Sanctus Iacobus de almalages
Sancta Maria De Azambuial
Sanctus Petrus De bruscos
Sancta Maria De Podentes
Sancta Maria De Abiul
Sancta Maria De Sauri
Sanctus Stephanus De Castelueneegas
Sanctus Iacobus De Almalages
Sanctus Iacobus De Rio de Vide
Sancta Maria De Seira
Sanctus Laurentius De Taaueiro
Sancta Maria De Ega
Sancta Marina De Redina
Sancta Maria De Palumbar
Sanctus Petrus de Palumbar
Sanctus Martinus De Palumbar
Sanctus Petrus De Varzena
Sancta Maria De Encas
Sancta Maria De Aluaiezera
Sancta Eufemia De Penela
Sanctus Michael De Penela
Sancta Maria De Dornas
Sanctus Saluator De Miranda
Sancta Maria De barcouso

Sanctus Johannes De Pelle mala
 Sancta Maria De Ansion
 Sancta Maria De Arega
 Sancta Maria De Figeiróo
 Sancta Maria De Pedrogano
 Sanctus Pelagius De Arauci
 Sanctus Petrus De Pena Coua
 Sanctus Petrus De Vilarina
 Sancta Maria De Poiares
 Sanctus Salvador De Palumbeiro
 Sanctus Vincentius De Manaldi
 Sancta Crux De Gouuea
 Sanctus Petrus De Gouuea
 Sanctus Julianus De Gouuea
 Sanctus Michael De Páázos
 Sancta Marina De Páázos
 Sancta Lutia De Pinazos
 Sancta Maria De Sancta Columba
 Sanctus Saluator De Touraes
 Sanctus Julianus De Paramhos
 Sancta Eolalia De Sancta Ouaia
 Sanctus Martinus De Zamezi
 Sanctus Petrus De Lagares
 Sanctus Iohannes De Lagos
 Sancta Christina De Muruga
 Sancta Maria De Couas
 Sancta Maria De Midoes
 Sanctus Martinus De Varzena
 Sanctus Saluator De Nogeira
 Sanctus Petrus De Penalua
 Sancta Maria De Sandimir
 Sancta Maria De Laurosa
 Sancta Maria De Vlueira
 Sancta Maria De Bouadela
 Sancta Maria De Castello de Sena
 Sanctus Iohannis De Moimenta
 Sanctus Pelagius De Aquis Sanctis
 Sancta Maria De Arcuzelo
 Sancta Maria De Villa noua
 Sanctus Petrus De Farina podre
 Sancta Maria De Sindi
 Sanctus Salvador De Tauoa
 Sanctus Mames De Azar

Sanctus Martinus De Sanguineda
 Sanctus Iohannes De Vlueira de ospitale
 Sanctus Petrus De Souereda
 Sancta Maria De Lageosa
 Sancta Maria De Goes
 Sanctus Michael De Foz de arauci
 Sanctus Cosmado De Nabaes
 Sanctus Andreas De Oruedal
 Sanctus Petrus De Zeixo
 Sancta Justa De Vlueirina
 Sanctus Petrus De Folhaadosa
 Sanctus Petrus De Cogia
 Monasterium De arganil
 Sanctus Mames De Villa de Arganil
 Sancta Maria De Mazanas
 Sancta Maria De Aluaiezera
 Sanctus Dominicus De Murta
 Sancta Maria De auelaeira
 Sancta Maria De Curueira
 Sanctus Petrus De Aquis belis
 Sancta Maria De Dornas
 Sancta Maria De Aualaeira
 Sancta Maria De Serpiís
 Sanctus Petrus De Condejxa Uela
 Sanctus Iohanninus De Condejxa
 Sancta Columba De Monasterio
 Sancta Maria De Villa de burgo
 Sancta Maria De Mortáága
 Sancta Maria De Atremoa
 Sanctus Michael De Marmeleira
 Sancta Maria De Cercosa
 Sanctus Mames De Valdermigio
 Sanctus Petrus De Soueeral
 Sanctus Petrus De Spino
 Sanctus Vincentius De Vacariza
 Sanctus Matheus De boton
 Sanctus Jacobus De Sauselas
 Sanctus Petrus De abrafemes
 Sanctus Jacobus De Eiras
 Sanctus Martinus De Cauto
 Sancta Maria De Columbia. Maior ecclesia
 Sanctus Petrus De Colimbria
 Sanctus Iohannes De Colimbria

Sanctus Saluator De Colimbria
Sanctus Christoforus De Colimbria
Sanctus Bartolomeus De Colimbria
Sanctus Jacobus De Colimbria
Sancta Justa De Colimbria
Sanctus Verissimus De Pala
Sancta Maria De Ioriga
Sancta Maria De Aluoco
Sancta Eolalia De Nogeira

Ecclesie De Leirena:

Sancta Maria De Leirena
Sanctus Petrus De Leirena
Sanctus Martinus De Leirena
Sanctus Jacobus De Leirena
Sanctus Stephanus De Leirena
Sancta Maria De Colmeníis
Sanctus Simonis De termina de Colmeníis
Sanctus Iohannes De termino de Colmeníis
Santus Saluator De termino de Colmeníis

XXX

1210, Outubro.

*Testamento de D. Sancho I.
Entre as propriedades legadas conta-se Esgueira.*

A. N. T. T., Liv. I de Reis, fl. 74.

Testamento delRey dom samcho primejro em que leixou mujtos legados a seus filhos e a outras pessoas e a todallas egreias cathedraes e moesteiros do Regno e fora delles e outros mujtos etc.

IN Dei nomine.

Ego SANTIUS DEI GRATIA. PORTUGALIAE REX TIMENS DIEM MORTIS MEE AD SALUTEM ANIMAE MEE COMODUM FILIORUM MEORUM ET TOTIUS REGNI MEI CONDEDI TESTAMENTUM QUO TAM IN VITA MEA QUAM POST OBITUM MEUM FILIJ ET VASSALLI MEI REGNUM ET CUNCTA QUE DIVINA PIETAS MICH I CONTULIT IN PACE ET TRANQUILLITATE PERMANEANT.

In primis mando ut filius meus Rex Domnus. Alphonsus. habeat Regnum meum cum cellarijs, et redditibus meis, et. CC. mille morabitanos. qui sunt in turribus Colimbrie et vj. mille morabitanos de Elbora et pannos meos de Vimaranes Et omnia arma mea et duos anulos qui fuerunt patris mei et quinquem miliores equos de omnibus quos habuero.

Mando etiam ut filius meus Infans domnus Petrus. habeat. XL mille. morabitanos, quorum Magister et fratres templi tenent XX mille. in Tomar Et prior, et fratres hospitalis alia XX mille. In belueer. Infans domnus Fernandus Habeat. X. mille. morabitanos. de illis qui sunt in turribus colimbriae, Et nepos meus Infans domnus Fernandus LX mille. morabitanos. Et dedi filie mee Regine domne. Tharasiae. pro hereditate Montem maiorem et Sgueiram. et X mille. morabitanos. et CCL. marchas argentj de leyrena. Regine domne. Sanciae. dedi alenquer pro hereditate. et XL. mille morabitanos. et CCL. marchas argenti de leyrena. et omnes alcalas meas. acitaras et colchias.

Et mando ut post mortem meam. habet totam meam liteiram et meos anulos et sortilias, exceptis duobus anulis quos mando dari filio meo Regi domno. Alphonso. habeat etiam meas cintas meas scarlatas et meas pennas varias, arranzanes et lencios. Cetera omnia de meo reposito dentur leprosis colimbrie. Regine domne. Maphalda. dedi pro hereditate duo monasteria. Baucias et Aroucam et hereditatem de Sena que fuit matris sue et XL mille. morabitanos. et CC. marchas argenti. Regine domne Blance. XL. mille. morabitanos. et CC. marchas argentj. Regine domne Berengarie. XL mille. morabitanos et CC. marchas argenti. Infantj domne Dulcie nepti mee quam nutruui in domo mea XL mille. morabitanos. et CL. marchas argenti. quod est in alcobacia. Infanti domne S. nepti mee que est in castella XX mille. morabitanos.

Iste sunt hereditates quas ego dedi Domne Marie pelagij. et filijs meis quos de illa habeo Villa comitis et Parada et Pausadela. et Pirarium Et dedi domno egidio Sancij filio meo quem de illa habeo viij mille. morabitanos de illis qui sunt in belueer. Roderico Sancij. viij mille. morabitanos. Tharasiae sancij vij mille. morabitanos. Constancie Sancij. vij mille. morabitanos.

Et iste sunt hereditates quas dedi filijs meis quos habeo de domna Maria arias. Villa noua. et Colaes et Siluares, Et dedi domno Martino Sancij filio meo quem habeo de illa. viij mille. morabitanos de illis de belueer et Vrrace Sancij. vij mille. morabitanos. Preterea dedi pro anima mea abbati alcupaciae. de arca mea XL mille. morabitanos. de quibus fatiat unam gafariam in colimbria. Dedi etiam ei de illis morabitanis qui sunt in alcupacia XL mille. morabitanos. de quibus fatiat unum monasterium ordinis Cisterciensis, Monasterio Sancte crucis ubi corpus meum sepeliri iubeo Mando. XL mille. et meam capellam et copam meam auri. ut fatiant ex ea unam crucem et unum calicem, et. C. marchas argenti quod est in turribus colimbrie. de quo fatiant. unum frontale ante altare Sancti petri. et aliud ante altare Sancti augus-

tini. Pro captiuis XX mille. morabitanos. de alcupatia Magistro elbore et fratribus. V mille. morabitanos. et omnes alios equos meos et mulas de sella. et azemelas. Episcopo elborensi. ij mille. morabitanos. Commendatori palmele V mille. morabitanos. Abbati alcupatiæ. et fabricæ. V mille. morabitanos. Sedi Vlixbonensi. mille. morabitanos. Sedi colimbrie. mille. morabitanos. Sedi visensi. mille morabitanos. Sedi lamecensi mille. morabitiinos. Sedi egitaniensi. mille. morabitanos. Sedi portuensi. mille. morabitanos. Sedi bracarensi ij mille. morabitanos. Sedi tudensi. iij mille. morabitanos. Monasterio sancti V́ncencij de Vlixbona D. morabitanos. Salzedæ D. morabitanos. Sancto iohani de tarouca. D. morabitanos. Alijs ecclesijs mei Regni. ij mille. morabitanos. Silicet unicuque illarum ij. mille morabitanos. Et si aliquid inde remanserit diuidantur per pauperes ecclesias Magistro et fratribus templi iherosolimitani. XL mille. morabitanos. Magistro et fratribus hospitalis iherosolimitani XL mille. morabitanos. Ponti colimbrie. mille. morabitanos. Mee albergarie de colimbría mille. morabitanos. Albergarie de poiares. CC. morabitanos Albergarie de mondeco que est inter linares et Valelias C. morabitanos. Albergarie de fonte de Rania C. morabitanos. Albergarie de mendiga. C. morabitanos. Sancta Marie de v́maranes. mille morabitanos. Sancte Marie de Sanctarem mille. morabitanos et L. marchas argenti de colimbria, de quo fatiant frontale. Sancte marie de rocamador. ij mille. morabitanos pro meo anniuersario. ut mittant illos in aliqua hereditate que sit ad hoc assignata. Mando etiam de meo vase aurí cum suo cooperitorio ut fatiant inde duos calices. et dent inde unum bracarensi ecclesie, et alterum Sedi ulixbonensi.

Mando adhuc ut monasterium sanctae crucis habeat meas equas de Souri et meos porcos de colimbria hospitale captiuorum quod fecit in Sanctaren. Habeat meas vacas et meas oues et meas equas et meas porcas et hereditates quas ibi dedi, et meos porcos quos habeo in Sanctaren Mando de meis ganatis quos habeo in elbora. ut dent inde parentibus de domna belida qui in meo Regno sunt. sicut ipsa eis dari madauit, Et alios diuidant inter se Episcopus et magister elborensis et meum hospitale de Sanctaren.

Mando etiam de CLXLV. marchas iiij. vncas media. de auro quod teneo in turribus colimbrie, ut dent inde domino pape. C. Marchas Et rogo ipsum tanquam patrem et dominum corporis et anime mee. ut ipse sanctissima auctoritate sua fatiat omnia ista adimplere Et non permittat aliquid de hijs omnibus per aliquem impediri Et completa tota ista manda dimisi de turribus colimbrie et de mea arca XL mille. CC. morabitanos. de quibus fatiant pacari quantum inuenerint quod accepi cum torto. Et residuos dent captiuis et pauperibus pro anima mea. Et sciatis quia in turribus colimbrie sunt illa. CC mille. morabitanos. quos mando dari filio meo Regi domno. Alphonso. Et in elbora. Vj mille. morabitanos Et magister et fratres templi tenent in Tomar illos morabitanos quos mando dari filiis meis Infanti domno. Petro. et Infanti domno. Fernando. et nepoti meo Infanti domno. Fernando. Prior et fratres hospitalis tenent in belueer illos quos mando dari filiabus

meis quas habeo de Regina domna dulcia et neptibus meis filiabus filie mee Regine donne Tharasie. et alijs filijs et filiabus meis quos habeo de domna maria pelagij. et de dona maria arías. Abbas alcupatie et conuentus tenent in suo castello illos quos mando dari pro anima mea et CL. marchas argenti quod mando dari nepti mee Infanti domne dulcie. Et ut omnia ista possint melius et apertius sciri tam presentibus quam futuris et adimpleri feci fieri sex cartas consimiles. et omnia suprascripta equaliter continentibus Quarum unam habet Bracarensis electus. Aliam prior Sancte crucis. Tertiam abbas alcupatie. Quartam Magister templi. Quintam prior hospitalis Sextam facio ego conseruari in meo reposito michi. et filio meo Regi domno. Alphonso. Et sciendum est quod omnia ista debent adimpleri per Bracarensium electum et per abbatem alcupatie. et priorem Sancte crucis et per abbatem Sancti tirsi et per magistrum templi et per priorem hospitalis Et per donum. Petrum. Alfonsi. et per domnum gunsaluum menendiz. et per domnum Mar. Fernandiz et per domnum. Laurentium Suarij. et per domnum Go Suarij.

Et si aliquis uel aliqui istorum decesserint uel decesserit illi qui de eis remanserint debent ea adimplere modis quibuscumque potuerint Et si hoc non fecerint ualeant inde semper magis et non minus Et si hoc non fecerint ualeant inde semper minus apud deum et apud homines Et filius meus qui regnauerit habeat illos pro traditoribus et pro aleuosis.

Et ego Rex Domnus. Alphonsus. filius suprascripti Regis domnj. Sancij. Et Regine domne dulcie promitto firmiter in fide Ihesu Christi quod omnia ista compleam et attendam si patri meo super uixero et quod nunquam aliquid inde impediam nec impediri permittam Et iam de hoc feci homagium in manibus patris mei, et Iuravi in manibus bracarensis electi et colimbriensis episcopi, et abbatis alcupatie. quod omnia ista compleam et attendam. Ego petrus alfonsi et ego Gunsaluus. menendis et ego Martinus Fernandis et ego Laurentius Suarij. et Go. Suarij promittimus firmiter quod modis quibuscumque poterimus faciamus omnia ista adimpleri Et iam de hoc fecimus homagium in manibus domini nostri Regis. Sancij. Et iurauimus hoc in manibus bracarensis electi. et colimbriensis episcopi. et abbatis alcupatie Et concedimus quod si hoc non fecerimus simus proinde traditores et aleuosi.

Preterea mando ut si filius meus Infans domnus petrus aut Infans domnus. Fernandus. aut nepos meus Infans domnus Fernandus. fuerit mortuus. alij duo diuidant totam istam pecuniam quam ego eis dedi inter se. excepta illa quam ille qui mortuus fuerit dederit pro anima sua. Et si filia mea Regina domna Tharasia. mortua fuerit. filia mea Regina domna Blanca. habeat Montem Maiorem et Jsgueiram pro hereditate. et totum suum habere habeant filie sue excepto illo quod dederit pro anima sua. Et si filia mea Regina domna. Sancia. decesserit. filia mea Regina domna. Belanca. habeat alanquer pro hereditate. Et sorores sue diuidant pecuniam inter se. excepta illa quam mandauerit pro anima sua dari.

Mando etiam de illa hereditate quam ego dedi domnae Marie. pelagij. et

filij meis quos habeo de illa. ut si domna Maria. pelagij mortua fuerit filij mei quos habeo de illa. diuidant illam inter se. Et si aliquis de filijs meis quos habeo de illa mortuus fuerit. ipsa et filij mei quos habeo de illa habeant ipsam hereditatem. et diuidant ipsam peccuniam inter se. excepta illa quam dederit pro anima sua. Similiter mando ut filij mei quos habeo de domna Maria. arias habe[a]nt hereditatem quam ego dedi matri illorum Et si alter illorum decesserit. quo remanserit eorum habeat totam ipsam hereditatem et ipsam peccuniam. excepta illa quam dederit pro anima defuncta. Et hoc mando fieri dum magister et fratres templi. Et prior et fratres hospitalis tenuerint peccuniam istam quam ego dedi filijs et filiabus et nepotibus meis dedi. Et notum sit cunctis ad quos scriptura ista peruenerit. quia dum ego uixero Magister et fratres templi. Et prior et fratres hospitalis fatiant de tota peccunia ista sicut michi placuerit. et sicut ego mandauero.

Facte fuerunt iste sex carte apud Colimbriam mense obtobris. Era M.^aCC.^aXL.VIII. Mando preterea de. v mille. morabitinadis (*sic*) de pannis quos teneo in sancta cruce. ut dent illos hominibus illis quibus ego accepit aliquid cum torto. Et mando de illis hereditatibus et de illis morabitinis quos dedi domne Marie pelagij et filijs meis quos habeo de illa. ut si casauerit. filij mei quos habeo de illa. habeant ipsas hereditates et ipsos morabitinos sine ipsa.

XXXI

1213, Abril, 18.

Confirmação pelo Papa Inocência III dos legados que em seu testamento D. Sancho I fizera às Infantas D. Teresa e D. Sancha, nos quais se incluía a vila de Esgueira.

A. N. T. T., *Institutos Religiosos*, cx. 62, m. de 12 docs.

JNNOCENTJUS episcopus seruus seruorum dej. Dilectis in christo filiabus Nobilibus mulieribus. Tarsie Regine et Sancie. filiabus Sancii. quondam Regis Portugalensis, Salutem et apostolicam benedictionem.

Olim ad petitionem inclite memorie. Sancii. patris uestri Regis Portugalensis testamentum quod fecerat in mortis articulo constitutus, duximus confirmandum. Verum quia dubitatis ne super hiis que uobis eodem testamento legauit. ab aliquibus uobis molestia inferatur, nobis humiliter supplicastis. ut eadem uobis confirmare auctoritate apostolica dignaremur. Nos igitur uestris precibus inclinati, personas uestras cum omnibus bonis que im-

presentiarum rationabiliter possidetis. aut in futurum iustis modis prestante domno poteritis adipisci. sub beatj Petrij et nostra protectione suscipimus. et Castrum Montis maioris et Villam Hisgueiram que tibi Reginam. Tharasiam. et Castrum de Alenquer quod tibi. Sancius. cum pertinentijs eorundem dictus pater cum omnibus filiis et filiabus suis donauit. sicut ea iuste ac pacifice possidetis deuotionj uestre auctoritate apostolica confirmamus. et presentis scriptj patrocinio communimus.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis et confirmationis infringere. uel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dej. et beatorum Petrij et Pauli apostolorum eius. sit nouerit incursum. Data Lateranum xiiij. Kalendarum Maij. Pontificatus nostrj Anno Quinto decimo.

XXXII

1216, Janeiro, 1.

(em pública forma de 4 de Julho de 1306)

Doação feita por D. Pedro Afonso e sua esposa D. Urraca Afonso ao mosteiro de S. João de Tarouca de mil moios por ano do sal que tinham em Aveiro.

A.N. T. T., Ch. de D. Dimis, Liv. 5, fl. 73.

Carta per que don Pero afonso e sa molher. dona Orraca affonso derom ao Moesteyro de san Johanne de Tarouca, mil. moyos de Sal. cada Ano en aAueyro: —

JN nomine dominj. Amen.

Nouerint vniuersi presentis ínstrumentj seriem inspecturj. quod sub Era. M.^a CCC^a quadragesíma quarta. uidelicet. quarta. die Julij. apud Cíuitatem vlixbonensem. coram Reuerendo patre domno. Johanne. Episcopo Vlixbonensi. Jn presencia mej Laurentij iohannis publicj tabellíonis Cíuitatis eúsdem et testium subscriptorum. Alffonsus martinj vicecancellarius Illustrissimi dominj Dionisij dej gratia Regís portugalix et Algarbij, ostendit publicari et legj fecit quandam Cartam apertam sigillatam sigillo dominj Petri Alfonsi cuius tenor talis est.

Jn dej nomine. Ego domno Petro Alfonso. et Vxor mea domna Vrraca Alffonsi, una cum filijs meis et filiabus facimus Kartam de nostro salj que habemos ín Auerío. et damus inde de eo ad sanctum Johannem de Tarouca, Mille modios in singulis annis. pro remedio animarum nostrarum usque ín

perpetuum habeatis uos ipsum salem iuri quieto temporibus seculorum. sed si aliquis homo uenerit uel uenerimus qui hanc cartam inrumpere uoluerit, sit maledictus et excommunicatus et cum Judas traditore iaceat in inferno Amen. facta Carta. prima die Januarij apud Aueyro. Era. M.^a CC.^a et L^aiiij. in tempore Rey Alfonsus. et Regina domina Vrraca. et etiam Archiepiscopus Bracharensis. domnus Stephanus. Ego donus Petrus Alffonsi. e vxor mea domno Vrraca alffonsi simul cum filijs meis in hanc Cartam manus nostras roboramus. sed qui presentes fuerunt. Boninus presbiter prelatu sancti Michaelis. testis Alffonsus isidri. testis. Petrus suarij Judicij de Auerio testis Pelagus testis Johannes Clericus testis. Petrus qui notuit. Et istum salis. semper datum per ipsa medida que fuit semper.

Quam perfecta et publicata. prefatus Alffonsus martinj petijt a dicto domno Vlixbonensi episcopo. quod prestaret mihi predicto tabellionj auctoritatem suam ordinariam redigendj predictam cartam in publicam formam. Actum. Era. Mense die et loco superius nominatis. Presentibus. Alffonsus fernandj thesaurario. Alffonsus pelagij Magistro-scolarum. Magistro. Petro. Canonico Vlixbonensi. Johanne martinj. Menendo rodericj. ffrancisco iohannis.

Et ego Laurentius iohannis publicus tabellio pre-nominatus de mandato et de auctoritate ordinaria dictj domnj vlixbonensi episcopi. et ad petitionem dictj Alfonsi martinj. predictam cartam in hanc publicam redegej. et ex inde hoc publicum instrumentum propria manu conscripsi. meoque signo solito consignauj quod tale (*sinal do tabelião*) est.

XXXIII

1220

Inquirição de D. Afonso II.

Referências a Requeixo, Eixo, Arada, Sá e Verdemilho.

A. N. T. T. Leitura utilizada: a do Conde da Borralha para o *Arquivo do Distrito de Aveiro*, II, 243.

E Caambria Menendus Alvariz prelatu Johannes Gunsaluiz judez Rodericus petriz Garsias petri Monio gomez. Pelagus uenegas Johannes fernandiz Didacus Alfonsi. Jurati super sacris sanctis euangelijs ad exprimendam ueritatem de Regalenguis domini regis et de Patronarij Ecclesiarum dixerunt quod in Caambria sunt. VII^o casalia de regalengo et de quolibet Casale dant unum modium de pane de secunda et carazil et pro fogaças. ij. alqueires et. j. franganum et duas manos de lino et x. ouos et pro luctosa.

ij. morabitanos. Et in Villa de araes sunt Viiij.^o casalia. Et dedit dominus Rex sancius unum casale Michaeli ceco. Et de ipsis. vij. casalia dant inde quintam de pane et uino et pro directuris quatuor almudes et spada et pro fogaza almude et capritum et ij. capones et unum mensoirum et unam pernam de carneiro. Et dat pro luctosa meliorem capud de ganato quod abuerit. Interrogati de patronati ipsius Eremita dixerunt quod dominus rex est inde patronus. Et in uilla de melraes dixerunt quod dominus rex habet ibi entrada et nesciunt inde quantam sed dant domino regi in quolibet anno. j. sestarium de pane et. ij. gallinas et villa tota est de militibus. Villa qui dicitur sancta Crux est episcopi Portugalensis et dominus Rex habet ibi entrada et dant inde domino regi in quolibet anno. Vj. alqueires de pane et ij gallinas. In villa de arenis habet ibi dominus rex unum casale et dant inde quartam de pane et vino et lino et pro directuris .j. solidum et spada et fogaza de almude et .ij. capones et cabrito et habet ibi monasterium cogugianes .j. casale et sanctus petrus de Ratis alium casale et in villa de Cooloza habet ibi dominus rex entrada et dant inde ei de quolibet casale singulas gallinas et villa est de Cocugianes. Et in villa de paazos habet ibi dominus rex entrada et medit inde panem maiordomus domini regis et dant inde domino regis .j. gallina et villa est de militibus. Et in villa de armental habet dominus rex entrada et est de herdadores et dant inde domino regi in quolibet anno unus quisque per se .j. gallina. Et in zomoza habet ibi dominus rex hereditatem regalengam et medit inde panem maiordomus domini regis qui (?) non est populatam non faciunt inde alium forum nisi .iiij. gallinas et in uilla Coua habet dominus rex entradam et nunus petri accepit ipsam entradam et dicit quod dominus rex Sancius dedit ei pro uno azor et villa tota est de militibus. Et in uilla de argiriz habet dominus rex entradam et medit inde pane maiordomus regis et dant inde domino regi .iiij. gallinas et uilla est de pedroso preter unum casale. quod est de sancta Maria et in uilla de Moulidos habet dominus rex entrada et medit inde panem suus maiordomus et dant domino regi .iiij. gallinas et uilla est de pedroso et de monio gomez. Interrogati si aliquis tenet regalengum absconsum au furtadum dixerunt quod nesciebant inde magis. Interrogati de hereditatibus ordinum dixerunt quod in Caambria habet pedroso .xxxj. casalia Cucugianes LII. casalia et inde Hospitale .xij. casalia. Nandin. vj. casalia. Episcopus Portugalensis iiij. casalia. In villa de tagim morabant sui forarij domino regis et didacus martiniz emit ipsam villam et postquam emit ipsam uillam abscondit domino regi suum forum. villa de laurosela est de sancta cruce et solebant inde dare domino regi luctosam et bragales et postquam fuit de sancta Cruce tenuerunt forciatum suum forum domino regi.

Interrogati si faciunt aliud forum de Caambria domino regi dixerunt quod dant ei xxj. brcales Monasterium de villa coua habet ibi .Vj. casalia Et istud regalengum tenet in prestamo alfonsa iohanis. Et xviiiij homines debent dare domino regi luctosam scilicet meliorem donum quod habue-

rint. De palmaz Pelagius monacus Petrus bono Petrus caluo Martinus petriza Pelagius cabeza. Jurati de patronatu ipsius ecclesie dixerunt quod parochiani sunt inde patroni. Interrogati de Regalengo domini regis dixerunt quod in tota freyguisia non habet dominus rex regalengum et habit ibi hospital .Vj. casalia et templum .V. et sancta cruz .Vj. De Figueiredo Menendus menendiz prelatus. Gonsalus menendiz Petrus gusaluiz Pelagius arias Stephanus pelagius abado. Jurati et interrogati de patronatu ipsius Ecclesie dixerunt quod dominus rex est inde patronus. Interrogati de regalengo domini regis dixerunt quod dominus rex habet in figueiredo de susano .Vij. casalia Et in fontes planas iij populos et unum casale hermum. Et in tui-gildi iij et unum casal hermum et sunt ista casalia de regalengo domini Regis et dant inde quartam de pane et vino et lino de terris ruptis et de terris non ruptis de ueteri dant quintam et pro directuris de quolibet casale pro fogazas .VIJ. almudes de trigo et J. taega de trigo pro spada Et .J. cordeirum de ouela si habuerit quatuor ouelas sin autem .J. cabrito de cabra. Et de vinea in eiradiga .J. puzale et .J. sestarium de milio pro collecta singulas gallinas. Et homines de figueiredo de susano et de alio figueiredo debent stare cum domino rege ad quale seruicium dominus rex uoluerit et quantum dominus rex uoluerit quod stent cum eo in suo seruicio debet stare et dominus rex debet eis dare portiones et vestiduras in quantum illum seruiuerint. Interrogati de hereditatibus ordinum dixerunt quod fratres sancte crucis habent in uilla de carual .VJ. casalia et hospital .J. casale Et in uilla de prados habent fratres sancte Crucis IIIJ. casalia et apud ecclesiam .IIJ. casalia et apud ecclesiam .IIJ. casalia et unum casale episcopi.

De auranca Johannes menendiz prelatus Egas petriza Petrus menendiz Petrus petriza Vincentius michaelis Petrus iohannis Petrus pelagiz Fernandus petri Pelainus. Jurati et interrogati de patronatu ipsius Ecclesie dixerunt quod dominus rex est inde patronus. Interrogati de regalengo domini regis dixerunt quod in uilla de Nuirigu sunt .IIJ. casalia de Regalengo et dant inde quintam de pane et uino et lino et faciunt medium forum et non plus preter .J. morabitanum quod dant maiordomo pro omnibus calumpnijs quas fecerint preter .IIJ. calumpnias defensas quas debent pectare si illas fecerint In Coto sunt duo casalia de regalengo et faciunt tale forum sicut homines de Nuirigo et non faciunt carreiram neque uadant in fossadum. In uilla de auranca sunt XXiiij casalia de regalengo et de istis casalibus faciunt inde .VJ. homines medium forum et dant quartam de pane et lino et vino et V.^a de terris ruptis et de terris non ruptis de ueteri dant quintam de pane et lino et quantum laborauerint sub estrada dant quintam et quilibet per se fogazas vj. alqueires de tritico et de Eiradiga .J. sestarium de tritico et sestarium de milio et pro spada .J. teigam de tritico pro natali domini. Et de vineis pro Eiradiga .J. puzalem. Et qui habuerit. IIIJ. ouelas dat cordeiro de ouela. sin autem dat de Capra. Et qui abuerit porcama dat lecticam et pro luctosa meliorem donum quod habuerit et J. capom et in collecta .J. gallinam et ca-

seum et coona de manteyga et iij. ouos. Et de istis casalibus .VIJ^m. dant domino regi lignam et non faciunt aliam carreiram et de lino dant estiuam. Egas petri tenet .J. casale in auranca de Regalengo et dicit quod bisauoo domini regis dedit patri suo Ecclesiole habet ibi crastello .Vj. casalia. Interrogati de patronatu de hermita sancte marie dixerunt quod dominus rex inde patronus. Albergaria de Castineyra est regalenga et non facit nullum forum domino regi.

De antoana Pelagius gunsaluiz iudex Pelagius uenegas clericus de Buidido Cervato menendus martiniz Petrus mouro Pelagius menendiz Petrus saluati Pelagius uermudiz Menendus petri Johannes de Villa Duram branco. Jurati et interrogati de patronatu Ecclesie dixerunt quod parrochiani sunt inde patroni. Interrogati de regalengo domini regis dixerunt quod uilla de antoana est regalenga preter Testamentum Ecclesie et dant inde domino regi quartam de pane et lino et de uino quintam et in eiradiga Vj. teigas de pane et de uino .J. puzalem almude de spicas et de lino estiuam et quilibet per se .IJ. franganos et pro fogatia et spadoa .J. teigam de tritico pro natali et cordeirum et si habuerit porcama dat lecticam et caseum unum et mantecam .V. ouos. Et pro collecta .J. gallinam et pro luctosa melius donum quod habuerit. Interrogati de Ecclesia de salrreo dixerunt quod est de Cedofeita Et habet ibi ecclesia ipsa .VIIIJ. casalia. In salrreo de susano. sunt .V. casalia de Regalengo et dant quartam de pane et lino et uino et pro eiradiga .Vj. teigas et de spicas .J. almude et dant pro cordeiro et pro spadoa .Vij. alqueires tritico et in collecta .J. gallinam. Et quilibet per se dat .IJ. franganos et unum caseum et coonam de manteiga et V. ouos. Interrogati de hereditatibus ordinum dixerunt quod ecclesiole habet in salrreo .J. casale. In soutelo sunt .IJ. casalia de regalengo et faciunt inde medium forum et dant sextam de pane et lino et in renda quilibet per se .J. solidum. Mons qui dicitur malsabela solebat esse domini regis et modo milites tenent illum defensum et fecerunt ibi deuesas.

De fermelaa Pelagius petriz prelatu Pelagius gunsaluiz iudex Johannes martiniz Stephanus martiniz Petros de baoco Martinus petriz Michael de fermelana Egas dominus mozo Martinus martiniz donus Suerius donus Menendus. Jurati et interrogati de patronatu ipsius ecclesie dixerunt quod clerici cum suis consanguineis sunt inde patroni. Interrogati de Regalengo domini Regis dixerunt quod dominus rex habet in fermelaa .J. casale et dant inde quartam de pane et de lino et non faciunt inde aliud forum. Et dominus Rex Alfonsus dedit Gunsaluo gomez .Vij. casalia in fermelaa de Regalengo. Et de ipsa Ecclesia de fermellaa debent inde dare seruicium in figeiredo domino regi. Et in uilla de Canelas habet dominus rex unam leiram de qua dant ei quartam de pane. Interrogati de hereditatibus ordinum dixerunt quod sancta Crux habet in fermelaa .ij. casalia. In Riuulo sicco .ij. Et Ecclesiole habet ibi Vj. casalia. Et in anzeia habet dominus rex .V. casalia et dant inde quartam de pane et lino et moolo de estiuam et pro eiradiga .V.

teigas almude. In collecta .J. gallinam et quilibet per se .IJ. capones et pro spadoa et cabrito et lacte .IJ. solidos X. ouos. Interrogati de ordinibus ordinum dixerunt quod Ecclesiole habet ibi IIJJ. casalia et non faciunt alium forum domino regi preter istud nisi remandam.

De louri Menendus iohannis prelatus Gunsalo petriz donus Dominicus Menendus gunsaluiz Petrus iohannis Jurati et interrogati de patronatu ecclesie ipsius dixerunt quod parrochiani sunt inde patroni. Interrogati de regalengo dixerunt quod dominus rex habet in louri et in sancto iohanne .IJ. casalia et per totum dant quartam et faciunt forum sicut alij de regalengo de fermelaa. Interrogati de hereditatibus ordinum dixerunt quod sancta crux habet ibi. Vij. casalia media hospitale .J. casale. In pineiro habet dominus rex .XII. casalia et faciunt suum forum per totum sicut alij de Regalengo et tenet didacus egee. In forozos habet dominus rex .VIIIJ. casalia de regalengo. Et in sooso .IIJ. casalia et solebant dare quintam de pane et lino et de unis terris sextam et septimam modo dant quartam de toto et faciunt suum forum sicut alij de Regalengo et tenet domnus P. Iohannis in prestamo. De alcarouui. Pelagius Pelagiz prelatus. Petrus aluo Gonsalus pelagiz. Gonsalus rubeus. Petrus iohannis. Martinus petri. Gonsalus gunsaluiz Iohannes pelagiz. domnus dominicus. domnus Egas. Jurati dixerunt (*sic*) de patronatu ipsius ecclesie dixerunt quod dominus rex est inde patronus. Interrogati de regalengo domini regis dixerunt quod amenal est regalengum inde medium et alium medium est hereditas de hospitali et de Ecclesiole e de sancto Tirso et de sancto petro de Ratis e de regalengo domini regis dant inde quartam de lino et de pane et in eiradiga .J. quartarium de pane. Et pro fogazas .Vj. alqueires de tritico et dant quilibet per se .IJ. capones et uidam maiordomo. alqueire de pane et alqueire de uino et alqueire de ceuada et ij. gallinas et unum caseum prestameyro et coonam de manteiga .X. ouos et pro cordeiro e pro spadoa .V. solidos. In uilla que dicitur paos habet dominus rex de regalengo .VIIJ. casalia et faciunt per totum suum forum sicut alij de amenal. In uilla de pardos habet dominus rex de regalengo quattro casalia et tenet didacus egee faciunt suum forum sicut alij de regalengo. Interrogati de hereditatibus ordinum dixerunt quod sancta Crux habet in paos .J. casale et Ecclesiole .J. casale et medium et Sanctus Tirsus .J. casale Hospitalale medium casale Pedroso .J. casale. E in pardos habet hospital .J. casale Et Pedroso habet in caluaes .J. casale et hospitale medium casale. Sanctus petrus de ratis medium casale. Interrogati si tenebat aliquis absconsum regalengum domini regis dixerunt quod in ameal solebant homines coler rammam et palos et modo non intrant ibi propter domnum fernandum peligrim et domnus fernandus posuit suum cauto per amenal in regalengo domini regis.

De val mayor clericus petrus lourenço. domnus Laurentius. Pelagius suarij. Fernandus pelagiz. Martinus petri. Jurati et interrogati de patronatu ipsius ecclesie dixerunt quod dominus rex est patronus de medietate ipsius

ecclesie et herdeiros de alia medietate. Interrogati de regalengo domini regis dixerunt quod dominus rex habet medietatem de villa. et dant quintam per forum et quilibet per se .VIJ. alqueires de tritico et .J. de milio et .J. taygam de messe et .J. capom et .J. franganum et dant vitam maiordomo et sunt montarij domini regis de foro. Interrogati de hereditatibus ordinum dixerunt quod pedroso habet ibi V casalia.

De Vouga. Johannes budel prelatus. Martinus Pelagiz. domnus Vincentius, Martinus iohannis. Johannes gunzaluiz. Menendus gustreiz. Petrus pitaraes. Cabalinus. Petrus alcaide. Mouranus. Martinus foncinus. Jurati et interrogati de patronatu ecclesie dixerunt quod dominus rex est patronus. Interrogati de regalengo domini regis dixerunt quod dominus rex habet in Rua de Vouga. .IIJ. casalia et dant quartam de pane et lino et moolo de estiua et eiradigam et suum forum sicut alij de regalengo. Interrogati de casas de Vouga quale forum faciunt domino regi dixerunt quod dominus habet in Rua de Vouga .XXVij. casas de quibus dant domino regi singulos capones. Interrogati de monte qui dicitur marnel dixerunt quod est regalengum domini regis et dant inde quartam de pane et sextam de vino et non plus. Interrogati si aliquis tenet absconsum regalengum dixerunt quia abbas de pedroso tenet inde unam peçam filij de menedo calentino habent .J. casale in uouga et fuit regalengum et dedit sua bisauoo domini regis. Interrogati de hereditatibus ordinum dixerunt quod abbas de pedroso habet in Lamas .IIJ. casalia. Et ecclesiolle .iij. casalia. Et hospitale .ij. casalia et medium. Sanctus Tirsus .J. casal Archiepiscopus .J. casale. Et colimbriensis ecclesia .J. casale Et ecclesia de Sagadanes .J. casale. In padazaes habet hospital .IIJ. casalia.

De uallongo. martinus aluitiz clericus. Pelagius gonsaluiz. Johaninus de Crastello. Martinus gonsaluiz. Dominicus de lanezes. Duranus de aguieira. Beltram. Petrus barua. Jurati et interrogati de patronatu ecclesie dixerunt quod dominus rex est inde patronus. Interrogati de regalengo dixerunt quod dominus rex habet in uallongo .Xij. casalia et dant quartam de pane et lino et uino et pro fogazis .VI. alqueires [de] tritico et .J. quartam de eiradiga et .II. capones. Interrogati de hereditatibus ordinum dixerunt quod sancta crux habet ibi .J. casale. et Salgueiro habet dominus rex .IIJ. casalia de regalengo et dant .VI^{am} de pane et lino e pro fogazas .ij. alqueires et singulos franganos. Et in villa de Caniuar habet dominus rex .ij. casalia et dant inde .VI^{am} de pane et lino. Et Soutello habet dominus rex .IIJ. casalia et dant inde .VI^{am} et quilibet per se .J. teigam de fogazas et capom pro carazil .Vj. denarios. Et in carualar habet dominus rex .II. casalia et faciunt tale forum sicut de Soutelo. In brunido habet dominus rex regalengum et dant quartam de pane et lino et tenet in prestamo filij de fernando Brunedo. Interrogati de hereditatibus ordinum dixerunt quod villa de aguieira est de Templo et faciunt forum sicut alij.

De Couelos. Menendus gonsaluiz prelatus. Petruz petri. Martinus gun-

saluiz. Dominicus alfonso. Pedreiros. Menendus pelagis. Gunsaluinus. Martineires. Jurati et interrogati de patronatu ipsius ecclesie dixerunt quod dominus rex erat inde patronus. sed dominus rex sancius dedit uillam de Couelas quam ibi habebat domno alfonso petri galleco. Et in crestouaes habet dominus rex .Vj. casalia de regalengo et dant inde quartam de pane et lino et uino et dat quilibet per se suum forum sicut alij de Vallongo. Interrogati de hereditabus ordinum dixerunt quod hospital habet ibi .J. casale et sancta Crux .ij. casalia Et Ecclesiole .J. casale et dant pro cabedal homines de regalengo X inde et tenet martinus martiniz barragam. In Crestouaes habent fratres sancte Crucis .IIj. partes de uno casale.

De sagadaes. Martinus Gunsaluiz prelatus. Michael pelagiz Johannes michael iohannis. Johannes de monte. Petrus petri. Martinus suarij. Jurati et interrogati de patronatu ecclesie dixerunt quod media de ecclesia est regalenga et media de erdeiros. Interrogati de regalengo domini regis dixerunt quod medietas de villa est regalenga et plus .XXVij. jeiras et tenet magister ruberte et dant inde quartam de pane et lino et dant de unis terris quas ruperunt quintam et dant suos foros sicut de Vallongo et dant in renda .Vj. morabitanos. Et de uineis ueteribus dant eiradigam. Et rende in quolibet anno .LVij. morabitanos. Almeara est regalenga et dant inde quartam et quintam et faciunt suum forum sicut de sagadanes et tenet in prestamo fernandus petriz filius de petro saluati. Et Vj. vineas sunt de quarta et alias de quinta. De Trauzoo est mediam domini regis et tenet in prestamo Martinus martiniz. Et aliam medietatem de Ecclesiole.

De Requexo. Pelagius batalia prelatus. Pelagius gunsaluiz. Gonsalus saluati. Petrus pelagiz. Pelagius petri. Menendus pelagiz. Gonsalus gunsaluiz. dominus aluarus. Fernandus moniz. Dominicus Nuniz. Dominicus aluariz. Dominicus michaelis. Jurati et interrogati de patronatu ecclesie dixerunt quod dominus rex est patronus de medietate ipsius ecclesie. Interrogati de regalengo dixerunt quod villa est regalenga et dant inde quartam de pane et lino et uino et moolo de estiuia et .ij. teigas de pane terciato pro eiradiga .ij. capones .X. ouos. Et si habuerint uacam tenreiram .J. caseum et coonam de manteiga. sin autem V. denarios et espadoa et carazil et vitam maiordomo et faciunt ramatam domino regi in uallongo. et tenet petrus martiniz sabastiani et uillam de Carregal. Et de uilla de Carragal dant. VII^{am}. de pane et uino et lino et non dant eiradigam de uino neque de lino neque faciunt carreiram et non ponunt pedem de uuas nisi unam uicem. Et de pane dant .Vj. alqueires in eiradiga de pane terciato et J. capom quilibet per se et non dant uitam maiordomo. Et pro fogacia .J. teigam de tritico. De foramontaelos villa est tota regalenga et dant inde quartam de pane et lino et de uino .V^{am}. et moolio de estiuia et de terra quam ruperint dat VJ^{am} et pro eiradiga .ij. teigas de pane tertiatum et pro espadoa almude de tritico et J. gallinam quilibet per se pro fogazis Vj. alqueires de tritico .II. capones .X. ouos et uidam maiordomo. de uaca tenreira .J. caseum et mantecam et

de vino in eiradiga .J. almude, et ponunt pedem de uuis tres vices. In Ourol sunt tria casalia [de] regalengo et tenet dominicus Egee in prestamo et faciunt tale forum sicut de foramotaelos. In Cacauelos sunt tria casalia de regalengo et tenet Stephanus martiniz digal. Et in orta .V. casalia et tenet stephanus martiniz. Interrogati de hereditatibus ordinum dixerunt quod lor-bano habet in orta J. casale Sanctus Tirsus .J. casale Ecclesiole .J. sancta crux .iiij. casalia.

De Oes. Iudex Petrus suarij. Johanes suarij. menendus tauoeira. Jurati et interrogati de patronatu ipsius ecclesie dixerunt quod dominus rex est inde patronus de medietate et de alia medietate sunt patroni filij Comitis domni menendi. Interrogati de regalengo dixerunt quod medietas de uilla est domini regis et alia medietas domni garsie menendiz et de sancto Tirso. Et petrus mouro tenuit semper furtadam portionem de .J.^a rotea domini regis. Et uilla est. XXVij. casalia et dant inde quartam de pane et uino et lino et Vj. alqueires de fogazas quilibet per se .IJ. capones X. ouos .IJ. gallinas et spadoa et cordeirum et caseum et mantecam et uidam maiordomo. alqueire de tritico alqueire de uino et alqueire de ceuada et si fecerint calumpniam est domini regis. Et sanctus Tirsus habet ibi tria casalia.

De Spinel prelatu alfonso petriz. Martinuz menendiz. Menendus petriz. Stephanus pelagiz. Pelagius michaelis. Fernandus dominici. Gonsaluus dominici. Jurati et interrogati de patronatu ecclesia dixerunt quod nepoti de Todom aluitiz sunt patroni ipsius Ecclesie. Interrogati de regalengo dixerunt quod dominus rex habet ibi .X. casalia et medium. Et tenent iudex vauga duo et faciunt forum sicut alij de Oes.

In paradella habet dominus rex .XJ. casalia et faciunt forum sicut alij de Oes preter quod dant .V. alqueires de fogazas. Interrogati de hereditatibus ordinum dixerunt quod lor-uano habet in Perraes et in Oyana Viiij. casalia. In casal de Aluaro habet dominus rex .VIIIJ. casalia et faciunt per totum forum suum sicut homines de Oes. In Oroni habet dominus rex .iiij. casalia et tenet Tabellio de agada .ij. casalia in prestamo et faciunt per totum forum sicut alij de Oes.

De recardanis. Pelagius monachus prelatu. Petrus beira Martinus pelagiz. Ferdinandus martiniz. Johanes petriz. Menendus abbade. Jurati et interrogati de patronatu ecclesie dixerunt quod nepotes de Pelagius pelagiz et de Oseuio pelagiz sunt inde patroni. Interrogati de regalengo dixerunt quod dominus rex habet ibi .XVj. casalia sicut alij de Oes preter quod dant .V. alqueires de fogazas et dant leticas. Interrogati de hereditatibus ordinum dixerunt quod lor-uano habet ibi .Viiij. casalia et ecclesia colimbriensis .iiij. In Casaino habet dominus rex .J. casale regalengo et dat suos foros sicut alij de Oes. et tenet in prestamo Dominicus Egee.

De Agada. Martinus ihoannis. Martinus fernandiz. Suerius petri. Martinus bretom. Martinus caralote. Petrus johannis. Martinus gonsaluiz. Petrus ooriz. menendus martiniz. domnus facundus. Jurati et interrogati de

patronatu ecclesie dixerunt quod dominus rex est inde patronus. Interrogati de regalengo dixerunt quod dominus rex habet in villa de ansiquinis .XVij. casalia et medium et per totum faciunt suum forum sicut alij de Oes. Et tenet in prestamo monio garsias. In villa de Bolfeiar habet dominus rex .VIJ. casalia et faciunt tale forum sicut homines de Oes. Et tenet in prestamo Petruz Roderici. In Borralli habet dominus rex V. casalia et faciunt tale forum sicut de Oes et sunt de Cancellaria. In paredes habet dominus rex .IIIJ. casalia et faciunt tale forum sicut de Oes. Et tenet in prestamo dominicus Egee. Interrogati si tenebat aliquis absconsum regalengum dixerunt quod milites de borralia tenent inde .IIJ. leiras.

Dominus rex dedit Martino viuas villam de Castineyra et villam de Alcafaz et villam que dicitur uilla Menendo et Johanino. Villam de Alvarim et de balsamia et de alia Balsamia.

De Auelanis de susanis. Pelagius prelatus. domnus dominicus. Dominicus iohannis. Gonsaluus gunsaluiz. Jurati et interrogati de patronatu ecclesie dixerunt quod dominus rex est inde patronus. Interrogati de regalengo dixerunt quod dominus rex habet ibi .X. casalia et faciunt forum. IIIJ. alqueires de fogazas quilibet per se .ij. capones .IJ. gallinas et uitam maiordomo pro lectica .IIIJ. denarios .X. ouos caseum et manteca. Interrogati de hereditatibus ordinum dixerunt quod sanctus saluator de Colimbrie habet ibi .iiij. casalia Sancta crux habet in pereiro .VIIIJ. casalia. Et in Auelanis habet sancta Crux .J. casale de Caballaria et M. fernandiz .J. casale de Caballaria quod comparauit. In pereiro Sancta Crux habet. Viij. casalia et pectant vocem et calumpniam. In alfeeles .J. casal.

De Carualaes. Pelagius prelatus. Juratus et interrogatus dixit quod Quintaela et Carualaes sunt .XX. casalia et dedit inde dominus rex alfonsus medietatem de istis villis petro qui uenit et petro ualadares. Et de alia medietate faciunt tale forum domino regi. pro fogazas .iiij. alqueires quilibet per se .ij. capones .ij. gallinas et spadoa si habuint porcum et si habuint capras .J. cabrito et vitam maiordomo et unum caseum et mantecam .X. ouos. Ferreiros et ualdauis et fontaniana sunt XXij. casalia domini regis et quilibet per se dat pro fogazas .iiij. alqueires de centeno et J. frangano et dant prestameiro comedere semel in anno. Interrogatus de patronatu ipsius Ecclesie dixit quod dominus rex est inde patronus. Et fratres de lorbanio dicunt quod sunt patroni de ipsa ecclesia per cartam et dant octauam de pane et lino. Et pro eiradiga .ij. teigas et pro fogazas .iiij. alqueires et J. capom V. ouos pro carazil .J. solidum et tenet pelagiuz moniz in prestamo.

De macinata. Duranus prelatus. Judex de vauga. Jurati et interrogati de patronatu ipsius ecclesie dixerunt quod dominus rex est inde patronus. Interrogati de regalengo dixerunt quod dominus habet ibi .V. casalia et dant quarta et dant quilibet per se .Vj. alqueires de fogazas .IJ. capones .ij. gallinas et pro spadoa Xiiij. denarios et pro carazil si non habuerint porcum et j. denarium pro ouos et iij. denarios pro caseu si non habuerint uacam ten-

reiram et vitam maiordomo. Interrogati de hereditatibus ordinum dixerunt quod pedrosus habet ibi .IJ. casalia et medium et Ecclesiole habet ibi dominus rex .J. casale. In caruoero habet dominus rex medietatem de villa ipsa et est de Cancellaria. De pedroso sunt in Serem .ij. casalia et duas caualarias de militibus qui dant caballos domino regi in fossado. In uilla que dicitur mesa habet ibi dominus rex tria casalia et dant suum forum sicut alij de regalengo. Et hospital habet ibi unum casale. Et varzena de jafari est quartam domini regis et de ipsa quarta parte habet monasterium de pedroso.

De hereditate filiorum Comitis domni menendi quam habet in uouga preter Exo et de omnibus hereditatibus ordinum que sunt in uouga faciunt tale forum maiordomo domini regis de quolibet casale .ij. gallinas et alqueire de tritico et alqueire de uino et alqueire de ceuada. Et hereditas de sancta Crux de colimbria et de hospitali solebant dare hoc forum et modo non dant illud. Et hereditas de Templo quam ibi habet nunquam dedit forum istud.

De Villa de agada de susana cum sua ecclesia et uillam de forcada et uillam que dicitur bostelo uillam que dicitur sanctus Martinus de Carualo sunt de sancta cruce colimbrie et pectant calumpniam domino regi per suum forum. Villam de agada de jusana cum sua ecclesia. Et uillam de bairoo cum sua Ecclesia sunt episcopi colimbriensis.

Villam de ulueira est regalenga et dant inde quartam et suos foros sicut de Oes et tenet dominus fernandus iohannis in prestamo.

De sancto galios. Petrus guterriz prelatus. Martinus pelagiz. Menendus iohannis. alter Menendus iohannis. donus Vincentius. Johannes pelagiz. Menendus suarij. pedrelinus. Suerius gunsaluiz. Martinel. Petrus bocas Jurati et interrogati de patronatu ecclesie dixerunt quod dominus rex est inde patronus. Interrogati de regalengo dixerunt quod villa de sancto Galios et de alio sancto Galios et de casali et saa et samia istas dixerunt quod sunt regalengas et dant inde quintam de pane et lino et de uino VI.^a Et terris quas ruperint dant VI.^a Et dant de foris V. teigas et debent dare IIIJ gallinas et pro lectica IIIJ. denarios. Et si non habuerint uacas tenreiras dant pro caseo et mantecam .iiij. denarios. Et de lino .J. moolo de estiuia de tribus uirgis et dant uidam maiordomo. De saa debent dare lignam domino regi et non dant uidam maiordomo neque facere carreira. Homines de auelanis de Jusanis debent mundare palacio domini regis et coler homines domini regis in suis domibus et non faciunt alium forum. Interrogati de hereditatibus ordinum dixerunt quod Ecclesia Colimbriensis habet in sancto Galios .J. casale.

In canizaes habet episcopus Colimbriensis .Xij. casalia.

De sancto laurentio pelagius prelatus. Johanes pelagiz. Martinus ribeira. Michael petri. Johannes menendiz. Martinus martiniz. Laurentius. Martinus laurentij. Michael martini. Martinus iohannis Jurati et interrogati de patro-

natu ecclesie dixerunt quod dominus rex est inde patronus. Interrogati de regalengo dixerunt quod dant quintam de pane et de lino et de terris quas ruperint dant sestam et de vino sestam et pro eiradiga .j. quartam de pane .j. quarteiro pro eiradiga. Et quilibet per se pro fogazas .J. teigam .IJ. capones et maiordomo uidam et pro iij. denarios. Et si habuerint alios et cebolas de quilibet per se .J. reste. Et una terra que dicitur ualuerde fuit semper de sancto Laurentio et modo accepit Petrus saluati aliam terram. Aliam terram que dicitur Spayro fuit semper de sancto laurentio et modo acceperunt illam grueiros de Archos.

Villam que dicitur familicam est regalenga et dant inde octauam de pane et de lino et quilibet per se .J. capom de fogazas .XIJ. alqueires de pane pro eiradiga .J. solidum pro carazil .j. solidum. Et tenet garsias fernandiz.

De arcos Petrus pelagiz prelatus. dominus stephanus. Martinus Johannis. Martinus gonsaluiz. Pelagius suarij. Jurati et interrogati de patronatu ecclesie dixerunt quod dominus rex est inde patronus. Interrogati de regalengo dixerunt quod uilla est regalenga et dant inde quintam de pane et lino. et J. quarteiro de eiradiga et de fogazas .J. teigam. et uidam maiordomo et tenet. S. martiniz digal et martinus uiuas. Mogofores facit idem forum per omnia. Et tenet in prestamo ama infantis domini alfonsi.

De Erada prelatus Gonsaluus nogueyra. Fernandus petri. Gunsaluinus. Petrus petriz. Martinus iohannis. Jurati et interrogati de patronatu ecclesie dixerunt quod fratres sancte Crux sunt inde patroni. Et uilla de Erada de jusana et de susana est de sancta Cruce et non faciunt inde dominus rex ullum forum. Interrogati de ilauo et de patronatu ipsius ecclesie dixerunt quod parrochiani sunt inde patroni. Interrogati de regalengo dixerunt quod uilla de vaagos et de Sorees sunt regalengas et dant quartam et suos foros sicut alij de regalengo et tenet domnus fernandus iohannis in prestamo. Interrogati de hereditatibus ordinum dixerunt quod sancta crux habet in Ilauo VIJ. casalia. In villa de Milio vj. et pectant calumpniam domino regi per suum forum. Templarij habent in vaagos .J. casale et .J. marinam et in ibauo (*sic*) .J. casale.

XXXIV

1222, Maio.

(em pública forma de 4 de Julho de 1306)

Carta de venda feita por Pedro Rodrigues Girão e sua mulher Sancha Peres à Infanta D. Sancha da terça parte de Aveiro.

A. N. T. T., Ch. de D. Dimis, Liv. 5, fl. 70.

Carta per que Pero. rodriguiz e sa molher Sancha perez uenderon aa Raynha dona Sancha a terça parte da Aueyro.

IN nomine domínj Amen.

Nouerint vniuersi presentís instrumentj seriem inspecturj. quod sub. Era. M.CCC.^a. quadragesíma quarta. videlicet quarta die. Julij. apud Ciuítatem vlixbonensem. Coram Reuerendo patre domno Johanne Vlixbonensi Episcopo. In presentía mej Laurentij iohannis publicj Tabellionis Ciuítatis predictæ. et testíum subscriptorum Alffonsus martinj vice Cancellarius Illustrissimj Dominj domnj Dionisíj dej gratia Regís portugaliæ et Algarbij. ostendít publicari et legj fecít. quandam Cartam venditionís cuius tenor talís est.

In dej nomine. Hec est Carta venditionis. et perpetue firmitudinis. quam facere iussimus. Ego Petrus rodericj. et vxor mea Sancia petri. uobis Regina domna Sancia filíam domnj Regís Sancij. bone memoríe. ffacimus Cartam de hereditate nostra quam habemus in Villa que uocatur Aueyro, scilicet tertiam partem ipsius ville. sicut eam fecit diuidere Regina domna Tarasia, cum domno Aprilj ffratre nostro. Damus et concedimus uobis ipsam hereditatem cum omnibus ad ipsam pertinentibus. scilicet pascuís Montibus. Aquis. Salinis. et cum omnibus pertinentijs suis ubicumque eam potueritis inuenire. Vendimus eam uobis dictam tertiam ipsius ville, pro duobus Milibus Aureorum probate monete, quia tantum nobis et uobis placuit. et de precio nichil apud nos remansit pro dare. Habeatis igitur uos. et successores uestri illam hereditatem. et faciatis ex ea quicquid uolueritis.

Si uero aliquis uenerit de nostris uel de extraneis. qui hoc factum nostrum dirrumpere uoluerit, non sit ej licítum. et pro ausu temerario, domino terre pectet. Mille aureos. et duplet ipsam hereditatem uobis uel cui eam relinqueritis. et insuper sit maledictus et excommunicatus. et cum iuda traditore iacet in infernum dimersus.

Ffacta Carta Mense Madij. sub Era. M.^a CC.^a Lx.^a. Nos supranominatj. quj hanc Cartam fieri iussimus, cum proprijs manibus eam firmiter roboramus. Regnante Rege portugalsensi domno Alffonso. Quj presentes fuerunt.

Regína domna Tharasia. Johannes. testis. Pelagius. testis. Petrus testis. Vincentius Canonicus sancte Crucis Notauit. Testes isti sunt. Magister Petrus Canonicus Colimbriensis Johaninus testis. Magister Vilhelmus Canonicus sanctj Jacobi. testis. Magister. P. Canonicus sanctj Vincentij testis. Johannes petri. Canonicus sancte Crucis. testis.

Gunsaluus petri testis. P. iohannis testis. Stephanus iohannis testis. Martínus Gunsaluj testis. Martínus petri testis.

Quam perlecta et publicata, idem Alffonsus martinj. petijt a dicto domno vlixbonensi episcopo. quod prestaret mihi predicto Tabellionj auctoritatem suam ordinariam redigendj predictam cartam in publicam formam, et darem inde Sibi publicum instrumentum. Actum. Era. Mense die et loco superius nominatis. Presentibus. Alffonsus fernandj Thesaurario. Alffonsus pelagij. Magistroscolarum. Magistro Petro. Canonico vlixbonensi. Johanne martinj. Capellano. Menendo rodericj. ffrancisco iohannis Clericis domnj vlixbonensi Episcopi. et Alijs. Et ego Laurentius iohannis Tabellio pre-nominatus. rogatus a dicto Alffonso martinj. et de mandato et auctoritate ordinaria mihi concessa per predictum dominum Episcopum vlixbonensem. predictam cartam in hanc publicam formam redegj et ex inde hoc publicum instrumentum propria manu conscripsi. meoque signo solito consignauj quod tale (*sinal do tabelião*) est.

XXXV

1223, Agosto.

(em pública forma de 4 de Julho de 1306)

Doação feita pela Infanta D. Sancha ao mosteiro de Celas, de Coimbra, da terça parte de Aveiro que tinha comprado a Pedro Rodrigues Girão e a sua mulher D. Sancha.

A. N. T. T., Ch. de D. Dinis, Liv. 5, fl. 70 v.

Carta per que a Raynha dona Sancha deu a terça parte da Vila da Aueyro ao Moesteyro das celas de Guimarães: —

JN nomine dominj amen.

Nouerint vniuersi presentis instrumentj seriem inspecturí. quod sub Era. M.^a CCC.^a quadragesima quarta. videlicet. quarta. Julij. Apud Ciuitatem vlixbonensem. Coram Reuerendo patre domno Johanne Vlixbonensi Episcopo. In presentia mej Laurentij iohannis publicj Tabellionis Ciuitatis predictae et testium subscriptorum. Alffonsus martinj vice Cancellarius Illus-

trissímj domnj Dominj Dionisij dej gratia Regís portugalliæ. et Algarbij. ostendít publicauít et legít. quandam cartam donacionis sigillatam sigillo dependentj. domne Sancie filie Regís domnj Sancij bone memorie ut prima facie apparebat. cujus Carte tenor talis est.

In nomine patris et filij et spiritus sanctj Amen. Notum sít omnibus presente paginam inspecturis. quod ego Regina domna Sancía filía Regís domnj Santij bone memorie. do et concedo Ecclesie sancte Marie de Cellís que sunt iuxta Colimbríam ín loco quj dicitur Guimarães et in dominium ejus transfero tertiam de villa illa que uocatur Aaueyro quam a domno Petro rodericj gíron et vxore sua domna Sancia petri comparauj sicut eam fecit diuidere Regina domna. Tharasía soror mea cum domno Aprilj. et cum domna Aldara sorore sua. Do itaque et concedo ipsi Ecclesie sancte Marie de Cellís predictam tertiam partem iam dicte ville de Aaueyro sicut eam a supradictis. scilicet domno. Petro. et domna. Sancia. comparauj cum omnibus ad eam pertinentibus scilicet pascuis montibus Aquis salínis et omnibus Alijs pertinentijs ad eam. ubicumque ea inuenire potuerint. ut illam habeat. et possideat íure perpetuo. Vt autem donacio ista magís Rata sít atque fírma ín posterum illam feci sigillo meo proprio communiri. Actum apud montem maíorem ueterem. sub Era. M.^a CC.^a Lx. j.^a Mense Augustj.

Quam perlecta et publicata. prefatus Alffonsus martinj. petijt. a dicto domno vlixbonensi episcopo quod prestaret mihi predicto Tabellionj auctoritatem suam ordinariam, redigendj eam ín publicam formam, et daren inde sibj publicum instrumentum. Actum. Era. Mense die et loco, superius nominatis.

Presentibus. Alffonsus ffernandj thesaurario. Alffonsus pelagij Magistro-scolarum. Magistro Petro Canonico vlixbonensi. Johanne martinj Cappellano Menendo rodericj. ffrancisco iohannis Clericis. Et ego Laurentius iohannis tabellio prenomínatus, de mandato et de auctoritate ordinariam concessa per predictum Episcopum vlixbonensem. et ad petitionem dictj Alffonsi martinj predictam cartam ín hanc publicam formam redegj et ex inde hoc publicum instrumentum propria manu conscripsi meoque signo consignauj quod tale (*sinal do tabelião*) est.

XXXVI

1223, Setembro.

Doação feita pela Infanta D. Branca, ao mosteiro de Lorvão, da vila de Esgueira, com a condição de receber dele 300 morabitinos por ano enquanto estivesse em Espanha.

A. N. T. T., cartório de Lorvão, actual m. de 19 doc., n.º 6.

Nouerint omnes ad quos presens scriptura peruenerit. quod Ego Regina domna. Branca. concedo abbatisse et conuentui de lorbano quod si contigerit me super uiuere Regine domne. Tharasie. sorori méé, quod ipsa abbatisse et conuentus dicti loci habeant et teneant ysgueiram cum suo fructu. et utilitate. tam presentibus quam futuris. et dent mihi quolibet anno, trecentos. Morabitinos. dum ego in hispania fuero. Sed post mortem meam habeant libere et in pace abbatisse et conuentus supra nominati loci ysgueiram. sicut continetur in carta inter nos. et dominum. Sancium. Regem portugalie. confecta. et iuramentis nostris confirmata.

Uerum si ipsa abbatisse et conuentus noluerint ipsos. ccc. morabitinos mihi dare aut non potuerint. sicut supra scriptum est, ego debeo ysgueiram in uita mea habere. sed post mortem meam, libere et íntegre ad Monasterium de lorbano reuertatur. Ad maiorem autem istius pacti firmitudinem, Sigillo meo. et Sigillo abbatisse de lorbano istam cartam fecimus communitari. que facta fuit apud montem maiorem. Mense Septembris. Era. M.^a CC.^a Lx.^a J.^a

XXXVII

1227, Fevereiro, 9, e codicilo de Junho de 1228.
(em pública forma de 4 de Julho de 1306)

Convenção entre D. Aldara Peres e o mosteiro de S. João de Tarouca, que por ela recebeu quanto D. Aldara possuía em Aveiro.

A. N. T. T., Ch. de D. Dinis, liv. 5, fl. 73 v.

Carta per que dona Aldara perez deu ao Moesteiro de san Johane de Tarouca toda a ssa herdade da Vila da Aueyro: —

JN dei nomine Amen.

Nouerint vniuersi presentis instrumenti seriem inspecturí. quod sub Era. M.^a CCC.^a quadragesima quarta. videlicet. quarta. díe Julij. apud Ciui-

tatem vlixbonensem. Coram Reuerendo patre domno Johanne vlixbonensi episcopo. In presencía mej Laurentij iohannis publicj Tabellionis eiusdem Ciuitatis et testium subscriptorum. Alffonsus martinj. vice cancellarius Illustrissimj dominj Dionisij de gratia Regis portugalie et Algarbij. ostendit publicari et legi fecit quandam Cartam apertam diuisam per Alfabetum. et sigillatam duobus sigillis dependentibus quorum unum erat. Religiosi viri Abbatís sanctj Johannis de Tarouca. et aliud erat done Aldare petri. cuius tenor talis est.

In nomine patris et filij et spiritus sanctj amen. Notum sit tam presentibus quam futuris. quod ego dona Aldara petri compos mej corporis et spontanea uoluntate, eligo sepulturam meam in sancto Johanne de Tarouca. et mando me ibj ducj, undecumque decessero. Et mando ibj mecum. et do, et concedo. domno Johannj Abbatj et Conuentuj supradictis, totam meam hereditatem. quam habeo uel habere debeo in villa que uulgariter dicitur Aaueyro et in terminis eiusdem Ville. et statim induco eos in corporalem possessionem in perpetuum possidendam. Istud enim facio, pro remedio anime mee. et parentum meorum et ut sim particeps omnium bonorum et orationum que fuerint et fient in dicta Abbatia, sanctj Johannis et in Cister ordinem uniuerso. Nos uero Abbas et Conuentus dicte Abbatie obligamus domne Aldare quasdam nostras villas. scilicet Vlueyram. et Antom. talj videlicet condicione. ut per ipsas vilas habeat annuatim in uita sua tantum. Centum. Sexaginta. libras. portugalie monete. Et ego dona Aldara mando et uolo quod mox post obitum meum dicta Renda permaneat libere et sine aliquo impedimento dicte Abbatie. cum antedicta villa de Aaueyro. sicut superius est expressum, in perpetuum possidendam. Et dictj Abbas et Conuentus obligantur post obitum meum mea debita persoluere si ea inuenerint scilicet per rendam trium annorum de Aaueyro soluendam succesue temporibus consuetis. Et si forte magis soluendum repererint, soluere non tenentur. Et si quis ex parte mea uel ex alia quod absit hoc factum meum contradicere uel infringere uoluerit, pectet alterj partj. C. marcas. Auri. instrumento presentj nichilominus in suo robore duraturo. Et hic hoc factum in posterum firmiter habeatur, iussimus inde fieri duas Cartas consimiles per Alfabetum diuisas, et nostrorum sigillorum munimine communiri. quarum quolibet partium teneat. suam cartam. Actum fuit hoc apud Leziam. v.º idus ffebruarij. Era M.ª CC.ª Lx.ª v. testes in hoc facto sunt. Domna Orraca sancij. domna Aldara petri. donus. J. supradictus Abbas. Johannes menendj Prior. S. supprior. Bartolomeus. Johannes uilhelmj. Pelagius petri. M. petri Cellarius maior.

Postea uero dictj Abbas. et Conuentus Mense Junij. sub Era. M.ª CC.ª Lxvj.ª aspicientes necessitatem meam addiderunt mihi in uita mea tantum. redditus Grangiarum. de Tauça et de Lagona quos inde solet recipere Abbatiam. scilicet terciam partem panis, et medietatem vinj. Et ego dona Aldara

propter hoc maxime supradicta concedo roboro. et confirmo. Johannes monachus notauit.

Quam perlecta et publicata. prefatus Alffonsus martinj. pecijt a predicto domno vlixbonensi episcopo, quod prestaret mihi predicto tabellionj auctoritarem suam ordinariam, redigendj eam in publicam formam. Actum Era. Mense die et loco superius nominatis. Presentibus. Alffonsus fernandj Thesaurario. Alffonsus pelagij Magistroscolarum Magistro Petro Canonico vlixbonensi. Johanne martinj capellano. Menendo rodericj. ffrancisco iohannis Clericis Et ego Laurentius ihoannis tabellio prenominate. de mandato et de auctoritate dictj domnj Episcopi et ad petitionem dictj Alffonsi martinj. predictam Cartam in hanc publicam formam redegj. et ex inde hoc publicum instrumentum propria manu conscripsi. meoque solito signo consignauj quod tale (*sinal de tabelião*) est.

XXXVIII

1228, Abril.

Carta de aforamento feito pelo mosteiro de Lorvão a Mendo Martins e sua mulher Maria Soares, do moínho de Vilarinho.

A. N. T. T., *Institutos Religiosos, cartório de Lorvão*, m. de 19 docs.

A B C D E F G H J K L O N

In dej nomine.

Notum sit omnibus has litteras inspecturis quod ego Vierna abbatissa lorbanensis uná cum nostro Conuentu facimus tibi Menendo martinj. et vxorj tue Marie suarj cartam de foro de illo molendino de uillario. tali uide licet pacto. ut tu facias illum bene et perfecte et possideas illum in tota uita tua. Tu et omnis generatio Tua in perpetuum. et in primo anno non debes facere aliquum forum. sed post primum annum elapsum, annuatim debes persoluere Monasterio lorbanensi in festo sanctj Michalis, j. Morabitinum. et in festo sanctj Mammetis, ij. soldos. pariter cum socíis tuis unusquisque. ij. soldos.

Facta Karta per alfabetum Mense Aprilis sub. Era M.^a CC.^a Lx.^a vj.^a
Existente procuratore Frater Dominico in Monasterio lorbanensi.
Martinus petri scripsit hanc cartam.

XXXIX

1234, Março.

(em pública forma de 15 de Novembro de 1300)

Doação feita pela Infanta D. Teresa ao mosteiro de Lorvão da vila de Esgueira que herdara de seu pai D. Sancho I.

A. N. T. T., Estremadura, Liv. 11, fl. 302.

Doaçam que fez a Rainha dona tateja da uilla desgueira a ho moesteiro de loruão. et cetera.

IN nomine domini Amen. Nouerint Vniuersi presentis scripti seriem inspecturi, Quod ego franciscus fernandi publicus tabellio ciuitatis colimbrie cum testibus infra scriptis vidi legi et fideliter inspexi quandam cartam apertam domine regine. Tharasie .quondam filie illustrissimi domini. Sancii. quondam regis portugalie. et sigillo suo vero et integro dependenti ut prima facie apparebat sigillatam. non rasam. non cancelatam. non uiciatam nec in aliqua sui parte suspectam. Cuius tenor in omnia et per omnia talis est.

— In nomine patris et filij et spiritus sancti amen.

Hec est carta donationis perpetue e firmitudinis. quam ego Regina domna. Tharasia. filia illustris regis portugalie. domini. Sancii. facio monasterio de lorbano de illa mea hereditate. scilicet villam que uocatur isgueira quam predictus rex pater meus dedit mihi pro hereditate sicut in testamento suo continetur. Do igitur et concedo et in dominium predicti monasterij transfero predictam Villam scilicet isgueira. cum suis terminis nouis et veteribus per ubi eos inuenerint liberam ab omni exatione et debito regi sicut ego eam habui a patre meo. Et quando ego composui cum domino. Sancio. nepote meo rege portugalie. in pactum deduxi quod possem dare ipsam villam predicto monasterio. hanc itaque donationem facio ipsi monasterio ad honorem patris et filij et spiritus sancti et gloriose uirginis marie matris domini nostri ihesu christo et in remissionem peccatorum meorum et pro anima patris mei qui mihi eam dedit. Quicumque igitur hanc donationem meam sponte et integro animo factam ratam et firmam in posterum habuerit sit benedictus a domino ihesu christo. Qui uero illam infringere tentauerit sit maledictus a domine ihesu christo et cum Iuda traditore in inferni voragine collocetur. Ut igitur hec mea donatio firmum robor obtineat appositione sigillij mei eam roboro et confirmo. Rogo etiam episcopum colimbriensem. qui pro tempore fuerit quod nullo modo sustineat quod ista mea donatio pura et simpliciter propter solum dominum facta alicuius temerario infringatur. Facta carta mense martij. Era. M.^a CC.^a lxx.^a ij.^a

— Jtem notum sit omnibus quod ego predicta regina domna. Tharasia. uolo et dispono sic de illa villa de isgueira quod semper sit ad usum et ad necessitatem uestiarum dominarum de lorbano. et quod non liceat alicui. scilicet abbatisse uel conuentui ipsam villam ad alias necessitates trahere sed solum quicquid inde perceperint in usu sicut dictum est uestiarum expendatur.

Ego vero memoratus tabellio ad rogatum petri martini hominis dicti monasterij de lorbano dictam cartam in publicam. formam reddegi inde hoc instrumentum manu propria conscripsi et eidem hoc signum meum apposui in testimonium omnium premissorum.

Actum fuit hoc colimbrie. xb. die nouembris. Era. M.^a CCC.^a xxx^a viij.^a

Qui presentes fuerunt. Michael. arie. Johannes petri. Egeas martini taballiones colimbrie. testis.

XL

1253, Março.

Carta de aforamento feito pelo mosteiro de Lorvão a Paio Oiã, duma herdade em Verba.

A. N. T. T., *Institutos Religiosos, cartório de Lorvão, cx. 62 m. 19.*

In dei nomine.

Ego. Vierna per gratiam dei et beatissime uirginis marie abbatissa de laurbano una cum conuentu nostro et frater garsie uicarius monasterij tibi. pelagio oiane. Facimus. Karta. de ipsa hereditate quod habemus in loco que dicitur uerba suis terminis per uia publica colimbriana et alia parte quomodo uadit per arnario fontane cum totis suis puluoribus. Damus et concedimus tibi ut habeatis et faciatis quodcunque uolueritis de ea. Et faciatis de foro outaua parte. et x.^a parte de uini. et de eiradiga. similiter. inter tritico et milio mediator. et fogaza. ij.^o alqueires. et uno capone. Et si aliquis de nostris suscessoribus uenerint qui hanc [c]artam uoluerint dirrumpere pectent. d. soldos. et sit anetema.

Facta Karta. Mense marcij. Sub. Era. M.^a CC.^a LXL.^a I.^a Nos qui hanc Kartam. iussimus facere cum manibus nostris roboramus.

Qui presentes fuerunt et uiderunt. F. testis. gunsaluo presbiter. testis. frater menendus. testis frater iJohanne testis. M. Notuit.

XLI

1265, Maio.

*Doação feita por D. Pedro João a D. Urraca Afonso.
Entre os lugares mencionados conta-se Aveiro e seu termo.*

A. N. T. T., Ch. de D. Af. III, liv. 3, fl. 30 v.

A dona orraca afonso filha delRey dom afonso doaçam que lhe fez dom pedro Joanes da metade de toda a eramça que tinha em thamall lugar que se diz gizu E em faria E em o lugar de paçoo E em outros nomeados etc.

IN nomine dominj nostri ihesu christi amen.

Notum sit omnibus hoc instrumentum publicum inspecturis. Quod Ego domnus Petrus ihoannis filius quondam domnj Johannis martinj et domne Vrrace aprilis sponte ac liberaliter et in mente sana constitutus. dono et concedo domne Vrrace alfonsi filie domnj Alfonsi Jllustris Regis Portugalie medietatem tocius hereditatis meé quam habeo et habere debeo in Thamal in loco qui dicitur Gijzu et in faria in loco qui dicitur Paaçóo. Et in pena fiel in loco qui dicitur Martim. et in Neuía in loco qui dicitur Darquj. Et in iudicatu de Maya in loco qui dicitur sobrado. Et in iudicatu de Pena fiel in loco qui dicitur Baruosa uetus Et in iudicatu de santa Cruce in loco qui dicitur Vilar de torno. et in loco qui dicitur Louredo. et in loco qui dicitur Soutelo. Et in ripa de Auizela in loco qui dicitur Ragildj et in iudicatu de pena Guyam in loco qui dicitur Villa marím. et in loco qui dicitur Carualhaes. et Chacím. Et medietatem de quanto habeo et habere debeo in terminis de Bragancia. et de Leédra. et de Lampaças et de Mirandela et in término de Aregos in loco qui dicitur Beeua. Et medietatem de quanto habeo et habere debeo in Couto sancti Martinj de Chaás. et in cauto de Caría. et in termino de Ranados. et in Villa et in terminis de Tromcoso scilicet de Casis et de Vineis. et de Aldeya qui dicitur Cortegada. et medietatem de quanto habeo et habere debeo in término de Celorico de Beyra in loco qui dicitur Moreyras. Et medietatem de Aldeya qui dicitur Espedrada in Beria. Et medietatem de toto illo quod habeo et habere debeo in Guardia. et in terminis suis. scilicet de Casis et de Aldeya Pedra do moço. Et medietatem de toto illo quod habeo et habere debeo in termino de Couelliana. scilicet de Aldeya qui dicitur Benauente que fuit domnj Martinj iohannis. et medietatem de quanto habeo in Aldeya de sandemír in terra de Sena. Et medietatem de quanto habeo in Colimbria et in terminis suis. Et medietatem de quanto habeo in Aueyro et in termino suo. et medietatem de quanto habeo et habere debeo in Aguda et in terminis suis. Et medietatem de quanto habeo in Vlixbona et in Turribus ueteribus et in Obidos et in ter-

minis istarum Villarum. Do inquam sibi medietatem cuiuslibet hereditatis supradicte cum omnibus iuribus et pertinencijs medietatis hereditatis ipsius. et non solum do sibi medietatem omnium hereditatum supradictarum. sed etiam medietatem omnium aliarum hereditatum. quas in regno Portugalie Casalia et fideiussores ipsa domna vraca Alfonsi et pater suus quitant in propriam istam donationem quam modo sibi facio. Et supradictam donatio habeo et habere debeo in presenti. tam de Auolemga quam de Patrimonio quam de ganancia. Et istam donationem facio predicte domne Vrace Alfonsi pro multa mercede et multo bono quod mihi fecit pater suus predictus dominus Alfonsus Rex Portugalie. et pro herdamento quod mihi pater suus dedit. Videlicet medietatem de Aldeya de Lamegal cum medietate iuris patronatus Ecclesie ipsius loci in termino de Pinel. Et pro cauto quod ipse dominus Rex dedit prefate Aldeye de Lamegal. Et propter compram de corpore predicte domne Vrace alfonsi de quo ipsam fecit meam uoluntatem. Et propter sex quintanas et sexaginta Casalia que Ego obrigaueramus me dare sibj. per bonos fideiussores et pro compra sui corporis quas Quintanas et nem sibi facio tali pacto et tali conditione. quod si Ego prius moriar quam ipsa. et non remanserit filius uel filia de me et de ipsa. quod ipsa domna Vraca et omnes sui successores habeant et possideant in perpetuum iure hereditario sicut superius dictum est. medietatem omnium hereditatum supradictarum cum omnibus iuribus et pertinencijs predicte medietatis. plene libere et in pace. Et si remansit filius uel filia de me et de ipsa. habeat totam supradictam medietatem. ita tamen quod ipsa domna Vraca alfonsi habeat fructus predicte medietatis in tota uita sua. Et si forte predicte domna Vraca prius mortua fuerit quam Ego, et non remanserit filius. uel filia de me et de ipsa, predicta medietas quam sibi do, remaneat mihi cum omnibus iuribus et pertinencijs suis plene libere et in pace. Et predicta medietas de Lamegal quam predictus dominus Rex mihi dedit cum iure patronatus ecclesie eiusdem loci remaneat supradicto domino Regi. et successoribus suis. Si uero remanserit filius uel filia de me et de ipsa predicta medietas sue matris plene cum omnibus iuribus et pertinentijs suis remaneat ipsi filio uel filie aut filijs. Et quicumque tam ex parte mea quam ipsius domne Orrace Alfonsi contra hoc factum uenerit pectet alteri parti. hoc pactum seruanti, Viginti milia aureorum in auro. ffacto isto nichilominus in perpetuum ualituro. In cuius Rei testimonium Ego prefato dominus Petrus ihoannis presentem cartam feci mei sigilli robore consignari. Et ad hujus Rei maiorem roboris firmitatem rogauj ffratrem alfonsum Priorem monasterij Ordinis predicatorum. et Conuentum Monasterij ffratrum Ordinis ffratrum minorum vlixbonensium. et Concilium vlixbonensem ut sua sigilla apponerent huic carte. Nos uero frater alfonsus Prior predicti Monasterij predicatorum. et nos Conuentus prefati Monasterij ffratrum minorum Vlixbonensium. Nos etiam Concilium Vlixbonensem. huic carte apposuius sigilla nostra in testimonium ueritatis. Siquidem nos Dominicus pelagij. et Dominicus suerij sarillius publici tabelliones